

22.028

D. JANUARII
PISANI
PHILOSOPHI,
MICROLOGIA METHODICA

*Dilucidans Fluida Naturalia, Quibus Æquè Modularis in
Figura, & Sapore, Motus Salubres Singuli Naturales
in Machinis Viventibus Enascuntur: Iisque Depra-
vatis, Morbi Omnes Contingunt: Consensu
Præsidia Amotando.*

CAROLO
BORBONEO

NEAPOLIS, SICILIÆ, HIERUSALEM REGI HISPA-
NIARUM INFANTI, PARMÆ PLACENTIÆ,
CASTRI ETC. DUCI, MAGNOQUE PRIN-
CIPI HEREDITARIO HETRURIAE.

DICATA.



NEAP. Typis Nicolai Migliaccio MDCCXXXVII.
PUBLICA FACULTATE.

R E X

C E L S I S S I M E



T si inclytis Magnarum
gentium, ac Nationum
Regibus nihil, nisi amplum
splendidumque dono offerri ,

a 2 da-

dariquē oporteat ; tamen , quando summæ in Terris Po- testates Deum Optimum Max: referunt , qui thure in suave olentem nidorem mōx habitu- ro , & tenuibus florum corollis honorari non aspernatur ; hac fiducia fretus hos de Physica Medicina , quos lucubravi , li- bros tibi , Rex Celsissime , in- scribere , ac dicare constitui . Leges enim in suis definitioni- bus habent , jura esse indivi- dua , & quanta in maximis , tanta in minimis æstiminda . Levidense quidèm hoc munus est , sèd Tibi debitum tamen : Qui , ubi primùm hoc Regnum
a Ger-

a Germanorum Armis pacasti ,
ad literas suo nitori restituen-
das animum adjecisti ; & Regia
liberalitate in eas collata , Nea-
politanam Accademiam diù
præsidiariis militibus occupa-
tam , qua Scholarum parte ce-
lebratur , sanctam , sanctamque ,
& novo opere expoliatam esse
imperasti . Qua quidem in re-
cunctis gravi argumento pro-
bas , Te Ludovici Magni Proa-
vi tui præclarissimi exemplis in-
sistere ; qui intèr multa , va-
ria , & ingentia , quæ gessit ,
bella Gallicanum Regnum ,
tanquam in inconcussa pace ,
ac tranquillissimo ocio ageret ,
ex-

exultissimis Minervæ studiis il-
lustravit. Non est sanè , nequè
mei imbecillis ingenii , neque
intra brevis epistolæ angustos
carcellos in tuas Regias laudes
excurrere ; quæ disertis orato-
ribus patentissimum sublimis
eloquentiæ campum aperiunt .
Oris nempè , totiusque corpo-
ris dignitas , & cum quadam
fermè cælestia vultus serenita-
te attemperata Majestas ; sin-
gularis in Deum pietas , mira
in subjectos clementia ; in obe-
undis belli laboribus teneræ ad-
huc ætatis singularis alacritas ,
& constantia ; in agitandis pa-
cis consiliis rara Principis ado-
le-

lescentis attentio , gravitas , &
prudentia ; haut sanè quid-
quam in Juvenis Regis Aula ,
quod non sit intemeratum ,
sanctumque . Heic id tantum
de Te dicere mihi fas sit : Si Rex
fortissimus , ac sapientissimus
PHILIPPUS Pater tuus in ex-
perimentum tuæ Regiæ indolis
præfens Tibi præfenti hæc Re-
gna permisisset administranda ,
pientissimi Parentis pudore ni-
hildò justius , nihildò suavitùs re-
geres , quàm nunc Rex ab eo
creatus , & immerso terrarum
tractu dissitus regis . Ut igitùr
a Magnis summa Fortuna or-
tus , ad magna fælici natura-
fa-

factus , istæc magna nobis in-
signi virtute præstas ; ità ve-
nerabundus rogo , quæsoquè ,
hanc opellam , quam pro te-
nui mea Publicæ Felicitatis vi-
rili parte mei erga Te ossequii
do testem , magno animo exci-
pias . Neapoli Kalen. Octobris
Anni MCCXXXVII.

Tui Rex Celsissime .

Addictissimus ; ac devinctissimus Cliens
Januarius Pisani.

VIR TU OSO LECTORI.

 Alubrem universalem Motum in singulis viventibus organicis machinis, ac suis naturalibus roscidis nutrientibus contentis gyrantibus fluidis exerceri, & geometrica firma consona modulatione, tunc vera successiva duratio fieri, dum in qualicunque individualiter conservatur æqualitas, & similitudo naturalium Figurarum; in quarum sinu, & roscida delatione successiva residet consimilis necessaria consona Saporum annexio, & suavis copula jucundæ sensationis inter qualemque naturale nutriendis fluidum in nutriendum, restaurandum firmum, sibi simile, æqualeque solidum. Horum suavis jucunda annexio dicit singulorum Motum naturalem salubrem in quamlibet partem, totamque polycrestam vitalem Machinam, universalemque motricem fibram, & conservando duracionem, defert ætatem penes naturales dictam: ita multiplicem, distinctam, variam, specificam, & individuam, sicut illorum abecedario modulatio in Figuris firmis ex terreo sinu delatis, ex Saporibus ab Igneo spirali ortis, Elastico intromisso movente, & Aqueo universalis nutritienter erit.

erit. Quorum varia copula, multiplicat distin-
cta annexio, & geometrica æqualitas dant spe-
cificationes, & individuales ideatas viveantes
firmas Machinas. Talem Ideas univertiales, &
terminatas Idealogia sàt suis Iconymis explana-
re visum est. Figurarum impressio, & Saporum
extricatio qualis varia, multiplex, secundans,
delectabilis sint, & opposita, molesta, tristis,
clarè Iconologia naturalis typis elucidavit.
Nunc præsens Methodica Micrologia tenetur
singularum naturalium Figurarum in omnibus
viventibus Machinis, & Saporum modulatione
explanare, ex quibus Motus intrinseci, &
extrinseci omnes oriuntur in singulis fluidis,
solidisque nutritis. In fluidis prima diffusa Fi-
gura, molestus Sapor, & indè morbosus Motus
in Machina, & motrice fibra. Quibus multi-
plicibus Figurarum, & Saporum molestiis, ac
depravatis modulationibus habitis, oriuntur
tot, tantique vari, multiplices depravati Mo-
tus, & morbi in fluidis decurrentibus, & fir-
mis Machinis, annonam morborum deferendo.
Ut pateant singuli salubres Motus, & insalubres
molesti, occurrit præsens Micrologia, & undi-
què Motus singuli in Machinis viventibus inno-
tescant secundum nostrum Systema anatomi-
cum mechanicum. Sic si quidpiam defecerit
parce, corrige, secunda.

I N-

I N D E X

SPHÆRARUM, ET GNOMON.

S P H Æ R A I.

Ex Idea Seminali Vegetativa Initia Fundamentalia sunt
ex Figuris, Saporibus, & Motu Delata. pag. 3.

G N O M O N I.

Semina Vegetantia Omnia Primum Initium Habent a Naturali-
bus Figuris. pag. 3.

G N O M O N II.

Vegetantia omnia a Saporibus Naturalibus Ruditer Figuratis
Initium Habent una cum Figuris. pag. 8.

G N O M O N III.

Molesta Lædenta Qualia Vegetantibus Accident. pag. 12.

S P H Æ R A II.

Ex Idea Sensitiva Ovipara, & Vivipara Primordia Fætatio-
nis a Figuris, & Saporibus deferenda. pag. 19.

G N O M O N I.

Ovipara Initiane Pullulationem a Figuris. pag. 20.

G N O M O N II.

Omnia Ovipara Initium Deferunt a Saporibus Contentis in si-
nu Figurarum. pag. 25.

G N O M O N III.

Vivipara Utero Annexa Initium Ducunt in Factatione a Sapori-
bus Figuratis. pag. 28.

G N O M O N IV.

Molesta, & Morbosæ Talia, & Tanta Multiplicita deferun-
tur diversa Machinis Oviparis, & Viviparis, uti sive
strumenta. pag. 30.

S P H Æ R A III.

Quæ ex Universali Præstansiori Vivipara Machina oriuntur
organica Figurata Saporosa scrutinio deferuntur. pag. 35.

L N D E X GNOMON I.

Naturalibus Salubribus operandi Motibus in qualibet Vipera Machina correspondente Molesta, Morbosæ depravationes. pag. 36.

GNOMON II.

Impressiones Morbosæ variae, distinctæ ex occasionalibus Molestiis fluido cuilibet naturali delatae enucleantur. pag. 41.

GNOMON III.

Quomodo occasioales Procatarticae causæ sine aliquibus Naturales, & eadem Nonnullis Molestæ. pag. 52.

S P H Æ R A IV.

Quibus Figuris, & Saporibus, & quomodo conserventur Mosis salubres, & inde sane Ledentes, Morbosæ in regione naturali humana Machinas. pag. 54.

GNOMON I.

Qui Succi, qui Sapores, que Figurae sint in opere salubri cbylifero necessario stomatico deferendi. pag. 55.

GNOMON II.

Salivalis succi disceptatio perfectiva, & defectiva morbosæ, varia, distincta dicitur. pag. 60.

GNOMON III.

Quæ corrigere Idonea dicuntur salivalem defectivam Ideam. p. 74.

S P H Æ R A V.

Lymphatici Fluidi Ideationes naturales, Figura, & Sapore quales, & offendentes Morbosæ. pag. 88.

GNOMON I.

Lymphatici succi Idea, officina, Figura, Sapor, Morbus. pag. 89.

GNOMON II.

Idea Lymphatici succi vitio affecti. pag. 93.

GNOMON III.

Lymphatici Liquoris depravationes in Figura, & Sapore, quales morbos parsane in vivente machina. pag. 99.

GNOMON IV.

Ex Lymphatico suco depravato in regione naturali morbi consequens scrutinio ducuntur. pag. 108.

GNO-

I N D E X
GNOMON V.

*Quæ in tangibili sede carnæa universalis perfectiva, vel defec-
tiva operentur ex lymphatico fluido.* pag. 125.

GNOMON VI.

*Ex Lymphatico seminali succo morbi Gallici productio scruti-
nio dicitur.* pag. 246.

S P H Æ R A VI.

*Aliorum fluidorum naturalium diffinse figures, ad depravati sa-
pores elucidandi veniunt.* pag. 153.

GNOMON I.

Bilioſi ſaponarii fluidi depravationes Morboſa. pag. 153.

GNOMON II.

Succi Pancreatici Idea depravatio. pag. 174.

GNOMON III.

*Liquoris chyliferi, & officinae chylificantis Ideatio perfeſtiva,
& defecitiva dicitur.* pag. 190.

S P H Æ R A VII.

*Fluidi eterogenei sanguinei ideationes in propriis officinis per-
ficienda, ac depravanda ducuntur.* pag. 208.

GNOMON I.

Universalis eterogeneitas sanguinis ſcrutinio dicitur. pag. 209.

GNOMON II.

*Motus defecitivi ex eterogenea idea sanguinis delati eluci-
dan-
tur.* pag. 215.

GNOMON III.

*Saporofæ, græves eterogeneæ ideationes malignæ quomodo in
cruore sanguineo fiancæ* pag. 219.

GNOMON IV.

*Nonnulla exprimenda. & enucleanda in regione animali secun-
dum praesens nostrum ſyftema.* pag. 229.

GNOMON V., ET ULTIMUM.

*Universalis elucidatio Figurarum, & Saporum ex naturalibus
machinis habita, ſecundum nostrum ſyftema defertur.* pag. 240.

EMINENTISSIMO SIGNORE

Nicolò Migliaccio Stampatore dell'Eccellenissima Città supplicando risponde à V. Emiss., come tra le Opere composto da D. Genesio Pisani, vi è quella intitolata : *Micrologia Methodica* : Sopra un nuovo Sistema da lui ritrovato, quale vuol dedicarla a S. M., ed intende stamparla. Supplica per tanto V. Emiss. commetterne la revisione, tanquam Deus tec.

R. P. Putignan. Soc. Jesu revideat, & referat.
Neap. 3. Martii 1736.

D. P. M. Gipius C. D.

EMINENTISSIME DOMINE

Opus cui titulus : *Micrologia Methodica dilucidans fluida naturalia &c.* a D. Januario Pisano Philosopho conscriptum, attente perlegi, & nihil quidpiam deprehendi, quod Catholicæ Fidei, & morum probitati diffonendum foret; sed asserta omnia existimo Philosophi digna, junctis hic mira ingenii felicitate tum veterum tum etiam recentiorum Philosophorum placitis, in miranda fluidorum naturalium salubritate, æquè ac virtutis, viventium corpora infestantibus. Qua de causa, ego censeo, in lucem publicam prodre posse, nisi secus, decernendum sibi Eminentia Vestrà existimarit. Neapoli è Collegio S. Francisci Xaverii. Die 24. Martii 1736.

Eminentia Vestrà.

Humilior, ac Obsequiosissimus Servus
P. Jo: Dominicus Putignan. Soc. Jesu.

Attenta supradicta relatione Imprimatur : Neap. 4.

Januarii 1737.

D. P. M. Gipius C. D.

S. R. M.

SIGNORÉ

Nicolò Migliaccio Stampatore dell' Eccellestissima Città di Napoli supplicando espone a V. S. M., come tra le Opere composte da D. Genaro Pisani, vi è quella intitolata: *Micrologia Methodica*: Sopra un nuovo sistema da lui ritrovato, quale vuol dedicarla a V. S. M., ed intende stamparla. Supplica per tanto V. S. M. commetterne la revisione, tanquam Deus &c.

Regius in Neapolitana Studiorum Universitate Physicæ Professor D. Marius Lama revideat, & in scriptis referat.
Neap. die 24. Martii 1736.

C. Galianus Archiep. Theffal. Capellanus Major.

JUSSU Illustrissimi, & Reverendissimi D. Cœlestini Galiani Archiepiscopi Thessalonicensis, S. R. M. à Sacris, & à Consiliis, legi Librum, cui titulus: *D. Januarii Piani Philosophi Micrologia Methodica*, dilucidans fluida natura-*lia &c.* Neque in eo quicquam inveni, quod Regiæ Jurisdi-*cione adversaretur, aut bonis moribus.* Neapoli xxi. Kalendas Majus 1736.

Marius Lama.


Viso rescripto S. R. M. sub die 29. Mensis Aprilis currentis anni, ac relatione facta per Magnificum Marium Lamas de commissione Reverendi Regiæ Cappellani Majoris or-*dine præfate Majestatis.*

Die 7. Mensis Maii 1736.

Regalis Camera Sanctæ Claræ providet, decernit, atquè mandat, quod Imprimatur cum inserta forma præsen-*tis supplicis libelli, ac approbationis dicti Revisoris; Ve-*rum publicatione servetur Regia Pragmatica. Hoc suum.

ULLOA P. ROCCA MAGIOCCHA
VENTURA DE ONUPHRIIS:

Maffellonus.



Sancta, & Individua Trinitas semper laudanda.



Icrologiam Methodicam explanare decens est, ut undique Machinarum Viventium Structura, Origo, Modulatio, Figura, Sapor, Motus, Species, Distinctio individua innotescant, tam Motu Perfectivo Naturali, quam Defectivo Molesto. Sat Iconismi Idealogici elucidati fuere typis Iconologicis, quibus Figurarum Vis, Saporum Necessitas, ac subsequentium Motuum diversitatem, & distincta Origo subsequitur; tam in primid infante, initiente Motu vegetativo, quam in sensitivis intuicib. diversis specificationibus patens. A pusillis herbis, ac plantis initium sumentibus machinæ viventes omnes usque ad perfectissimam, nobilemque humanam machinam omnes antecedentes sinu suo continentem, delatum venit. Id omne ab ipsis figuratis saporosis; deceptentibus, nutrientibus succis obtineri valet, quorum modulatio, consona Figuratio, naturalis Sapor dant terminatam, firmamque speciem cuique viventi machinæ; ut fieri nequeat ulla vivens Moles, nisi expressis, terminatisque figuratis, ac Sapore affectis fluidis ipsis in machinas ducendis, nutrientibus, ac ultimantibus viventia quemque ex seminali, fœcundaque, æqualique Idea migranda in

MICROLOGIA METHODICA

in solidam organizationem, vitalemque structuram. Hoc
quomodo id totum perficiendum veniat in omni, qualibet
que Machina intrinsecè vitam habente, iam nimis clatè,
sat expressumque venit ex antecedenti Iconistica Idealogi-
a, ac Elucidante subsequenti typis data Iconologia. Quibus
pater initium, origo, perfectio, modulatio, specificatio
causlibet naturalis viventis motis, tam ordine dimensionis,
quam specificationis, & ultimæ individuæ structure. His
expressis: Igitur

Necessarium in præsenti cagit ultimum ducere calamum
explanantem molestias, dolentesque modulationes Figura-
rum, & Saporum afficientium machinas viventes ipsas, illas-
que alienando a Motu naturali perfectivo salubri. Ipsis rebus
modulatis, annexis, ac intimæ similitudinis, & æqualita-
tis notam perficiuntibus in fluidis metipsis: Tunc viget,
nutritur, angetur vivens quadlibet, & duratione naturali
gauder. Quomodolibet singuli ipsorum molesta Idea affician-
tur ex ducta dissonia Figura, ex de hato pungenti Sapore, ac
annexo consequenti Motu: Lauguet, topescit morbosæ
moles vivens quilibet, si sit vegetans, sensitiva, & no-
bilissima humana prima. Hinc est, ut fructus meo pusilli in-
genio primò petendo auxilium a Summo Factore, ut dirigit
meum laborem ad publicam utilitatem, non reticeam quid
sentiam in hac Methodica Micrologia de solutis male modula-
tis ex molestis Figuris, intromissis Saporibus, & dissono Mo-
tu in machinis viventibus ipsis; initium ab infimo generis
usqù ad supremam speciem sumere venit.



SPHA

G N O M O N L I S P H Ä R A I.

*Ex Idea Seminali Vegetativa Initia Fundamentalia
sunt ex Figuris, Saporibus, & Motu Delata.*

I Conologia sat elucidavit a prima infima specie quid cre-
scere, quale vegetare essent: Fæcundationis munus
ac successiva propagationis perpetuæ duratio. Talia fuerè
in perfectiva Idea, quæ vegetantibus omnibus, sensitivis
singulis, & prima nobilissimæ machinæ tributa fuerè: At
eorum, singulorumque culpata occasionalis molesta Idea,
non expedita; idèque præfæca Methodica Micrologia tueri
tenetur, qualia sint vitia, quales molestæ destruentes Ideæ,
quibus morboſæ reddantur, & deſtruantur machinæ viven-
tes omnes. Decens occurrit a prima germinatione scrutinium
obtinere, ut successiva gradatione elucidentur viventium oc-
casionales affientes Ideæ, usque ad perfectissimam huma-
næ vitalem, nobilemque machinam. Sit igitur

G N O M O N I.

*Semina Vegetantia Omnia Primum Initium Habent
a Naturalibus Figuris.*

I. Ncipit herba, singula planta a fructificatione, & mo-
tu extricante suum esse dimensivum in finu facunda-
tionis. Seminat, prodit in lucem vegetans quodlibet suo pu-
bertatis tempore fructus, sive semina ex proprio utero, li-
nulo confono paulatim, successivè augendo, & in fluido
ex decurrente Sigura comunicabili in semisolidum, & deni-
que in dimensam naturalem soliditatem illud succedaneum
germinatum semen ducens, in Similem Figuram illius pro-
prii continentis sinuli in contentam, figuratamque molem.

II. Tanta urget naturalis necessitas in omni oriun-

A 2

da

MICROLOGIA METHODICA

da germinatione seminali fructifera, & non detur, non possibilis ulla fructificatio sit in omni genere, & distincta specie, in qua prius, & antecedenti opere, non moduletur, & fiat figuratus uterus, sive sinus, non determinetur Figura; in qua figurata cavitate suscipiat prima rudimenta suz structuræ semen quodlibet, fructus omnis, ut Ideæ initia, seminalia incipiunt ab ipsa uterina constructa Figura.

III. Quod mirum, & notatu dignum inspicitur in praesenti, servandumque, scilicet quod exiliissimus fructus, pusilla seminis producendi dimensio, statim fiat primo Motu Delationis in capsulam figuratam, licet parva dimensionis in figuratam fructiferam perficiendam molem, solidam adunque corpus. Paulatim crescit figuratus sinus continens, & proportione augetur, cuius modulationem delatus liquor seminalis figuratur in propria herba, qualibet planta.

IV. Viget, lasciviens semen quodlibet sit, in sua perficienda naturali mole, dum similia vestigia, equalesque Ideas imitatur capsula uterinæ, & continentis Figuræ: agnoscatque suum esse seminale perficiendum ab ipsa uterina Figura, veluti aquæ, vel recurrentis liquoris cuiuslibet suscipiendo fortè Motum, mediocrem, vel debilem unius, vel alterius delationis; uti est Figuræ continentis modulatio, stractura, terminatio, speciositas, pulchritudo. Fontanarum, ac aquarum ludorum ingeniosa, geometrica stractura erit in tantis mirandis magnatum viridariis, & publicis spectaculis mirandas speciositates ducentium, in Urbibus præcipuis nos omnes spectatores quotidiè sumus. In illis modulatio canaliculum, & ductum deferentium aquam, sive ex Figurarum ducentium modulatione fluidos liquores in tantam, speciosam pulchritudinem ferendo: Dant ex modulatis Figuræ musicalem armoniam, pulchrum mirabile, nobileque spectaculum civibus, viatoribus, singulisque virtuosis.

V. Perfectum salubre, fæcundumque vegetantis singuli semen nunquam agnoscimus, si talis non erit, signans, continens, modulans naturalis sua uterina Figura. Sterilitas, inopia, monstruositas, mediocris annona ducitur ab agricolis ex continentium Figurarum modulatione.

VI. Al-

G N O M O N . I.

5

VI. Alligatur, & nexu stricto unitur seminalis producenda, & perficienda vegetans machina in suo apice, & fundamentali vestigio, dum Figuræ dimensionem dicit, sumque undique circumscriptiōnem omnimodam, totalemque perfectam ex propria sinuli continentis. Figura id exigit, ut inter utrumque nulla sit inæqualitas configurationis, continentis, & contenti.

VII. Est vegetantis seminis cuiuslibet producendi, perficiendique initium a Figura, uti fundamentum unum ex multis suæ structionis, & primæ productionis. Nullum fluidum, quamvis lucidum, roscidum fœcundans vitalitatem ducere potest, quin prius paulatim successivè figuratum non sit. Universalis nutritio in omnibus vitam habentibus totum hoc anatomicè demonstrat.

VIII. Hac necessitate tenetur quilibet succus in omni vegetante herba, pubescente planta seminante, fructificante, ut suo debito tempore, præcipue verno, æstivo, autumnali dum suos fructus, & ovulata semina producit, tunc affecta sit naturali necessitate a suis ventriculis radicalibus successivè per proprios truncos, stolones ducere suos fœcundos succos ideandos in fructus, & seminales moles Figura naturali, licet rudi impressos, ut in sinulis, capsulisque uterinis suscipiat perfectam naturalem configurationem.

IX. Hinc flores prima initia uterini sinus fructiferi tenent, dum perfecta naturali Figura gaudent: si tali priventur ex molesta occasionali causa, tunc non fructificant, vel parum molestè, quia uno principali fundamento occasione carent, scilicet Figura necessaria in productione.

X. Infigurati succi herbacei, & plantiferi in propria distincta specie, duri, tenues nimis, vel crassi, vel alia molesta Idea afficiuntur, & per hoc recedunt a necessaria. Figura, tunc incapaces redduntur ad propagationem seminalē, quamvis fœcundi sint, & nutrientes, at non taliter fœcundi; & alibiles tanta gradatione, quanta necessaria ad seminalem productionem: causam habes, peccatum in Figura: Unum ex fundamentis primis initiantibus seminalem vegetationem omnem.

XI. In fungorum molem degenerant multoties machinæ

MICROLOGIA METHODICA

chinæ plantiferae causa Figuræ, illæque in verminosas, vel extuberantias vergunt tales ex culpa succi alibilis in Figura, peccantis, quamvis sola Figura molesta non sufficiat, requiriens consequentem Soporem in verminatione; ita prima gradatio in fungorum, & tuberculorum ortu ex Figura defunctorum.

XII. Nunquam vegetantia qualiacunque semina producuntur, augmentur, perficiuntur in singulis uterinis finibus, si Figura remota sit naturalis; nam Ideæ omnes seminales producendæ, propagandæ a materna herba, & planta in univocum semen, & similem fructum, si firmatae non erunt in primis annexis fluido Figuris, ducendo semen ipsum: quæ seminales Ideæ nequeunt naturales fieri, quin propriis fundamentis affectæ sint: ex quibus initium habent; Ideoque remota Figura ab ipsis seminalibus Ideis recedendo, vegetantis cuiuslibet origo, & initium removentur.

XIII. Tanta necessaria est fundamentalis Figura in omnibus producendis seminibus vegetantibus, ut occasio- nales culpantes molestæ causæ qualiscunque amoveant, minuant, depravent in seminali fluido opus vegetationis, a quo deferendas fructus, duranda perpetuitas, & conservanda species. Anni temporis occasio- nales molestæ causæ sat nimis totum id confirmant, id demonstrant in successiva annorum serie, fertilitate, & penuria.

XIV. Diminuitur, rumpitur, alienatur a naturali modulatione, & nimis augetur, alioque defectu ducitur Figura in gestatione cuiuslibet propagandi seminis, statim eadem gradatione hæditur ipsius qualiscunque seminalis gestatio, educatio, producio perfecta naturalis. Deficit unum ex primis fundamentis, & struenteribus machinam vegetati- vam: sic etiam removetur structura, & foetus producendus. Defectus, depravatio, molestia in Figuris est fons, origo deferendi eandem deficientiam in gestato, & perficiendo se mine.

XV. Si fuerit molesta delata Figura vegetanti semini in principio, medio, vel ultimatione proficiendi; ita simili-

lē erit defodivum gradatione in seminali structura. Minimetur deficit essentiale unum fundans, & simili ordine molestum redditus fundandum. Sunt initia productionis, & machina illius, quibus positis, respondeque modulatis, profert effectus: illisque quomodolibet molestis, diminutis, deficientibus, sic etiam evenit qualiscunque producenda, ultimanda vegetans machina.

XVI. Specificatio semigum vegetantium in genere, specie, & individua positione qualibet herbacea, frumentacea, plantifera desumit: unde initia distinctiva? Triticum, hordeum, faba, cicer, leus, milium, rapa, & inumeræ alia, ac plantarum distinctiarum innumera specificatio, uti pius, cerrus, sorbus, malus, singulæque omnes: Nounè ab initianibz figuris? Curiosus sit quilibet virtuosus inspiciendo prima initia ducendorum fructuum in eruptione florum in omni specie: videbit Figuras initiantes quemlibet florem, seu ipsorum uterum, capsulam similem elaborandi seminales esse primam initiantem. Figuram in gemma ipsius excludendi floris, illamque ipsam. Figuram successivè perficiendam in modulatione elaborante, & modulante fructus ipsos, sive semina, ovula dicta: primordia, tām generica, quām specifica seminalis vegetantis eruptiōnis a Fgura, & in figuris extant.

XVII. Germinis Figura in quolibet vegetante semine, retinet strictam modulationem totius herbae, vel plantæ, cuius semen est, uti anatomicè patet, & in Iconologia statutum. Sunt enim figuræ exilissimæ extricandas partes, & augendæ in herbam, vel plantam, etiā in germine, sive gemma, quæ fœcundat sed et alligata plantæ, vel herbæ, ut similes Figuras in finu ipsius gemmarum contentas in gradatione successivæ nutritionis paulatim germinando ferent ipsum angeantur. Sicū crescit, & grandescit herba, vel planta, ita æquali mole crescunt, & expanduntur Figuræ in germine seminali fœcundo contentæ; nec aliam figurationem suscipiunt, sed eadem gradatione grandescunt, augmentur, expanduntur in mole diuersiva naturali: Círculus parvus, mediocris, major: triangulus, aliaque Figura qualiscunque fuerit

fuerit eamdem circumscriptionem retinet, dum augetur.
Idem defectus, & Figuræ depravatio in molesto germine de-
ducitur ex depravata Figura.

Iconolo-
gia Elucid:
VII. fol:
XIII. , et
fcq.

XVIII. Herbæ, & plantæ servare tenent fortitudi-
nem, laxitatem, duritiam, longam, brevem, mediocrem
in duratione ex Figuris ipsis multis, parvis, annexis, laxis,
& ex earum ligamine, & multiplicitate oritur gradatio for-
titudinis, & diversa durationis; ut potè fundamentum dura-
tionis Figurarum modulatio sit.

XIX. Vitalitatis initium, eiusque gradatio, & dura-
tio a Figuris, uti decurrentes origines sunt fragilitatis for-
titudinis, & durationis. Anatome vegetantium sàt demon-
strat, experientia confirmat, & continua anni temporum
successivitas.

XX. Sunt initio & consequentes operationes vitales,
licet non totaliter ab ipsis naturalibus Figuris in semine con-
tentis, modulatis, & annexis, sed uti initium germina-
tionis, strucitura dimensionis, & consequentis durationis na-
turalis tali gradatione habita, qualem dicit quilibet speci-
es distincta, varia.

G N O M O N I I .

*Vegetativæ Omnia a Saporibus Naturalibus Ruditèr
Figuratis Initium Habet Uræ Cum Figuris.*

I. Figuræ matres Saporum fundant una ex parte fun-
damentali intrinsecas viventes machinas, ipsisque successi-
va unâ cùm naturalibus consonis Saporibus agitut Motus,
vitalitas, strucitura, dimensionis ipsarum proporcio. Omnis
Sapor naturalis supponit serpen: suum, sinumque proprium,
quo continetur, & perficitur in specificatione, ordine suo:
qui sinus, & arterus Figura est circumscripta, & modulata in
qualibet spe, i.e. Figura vacua non agit: Sapor si daretur vap-
pidus, in figuratus totaliter, nec ullius activitatis effet,
nam

G N O M O N II.

nām quilibet saporosus liquor multoties est in fluido contentus variè Figuratus , & eterogeneitatem adipiscitur . Sunt Sapores in Figura comunicabili , uti filii , partusque contenti , & consoni primis fluidis naturalibus , scilicet Aqueo , Igneo , Elastico : Nam terra dat Figuram incomunicabilem . Omnis igitur Sapor est activus , extricans , feruescens cum sua , in sua Figura naturali conteritus . Sapor enim , quia salinus , mouet , & extricationis Motum primum dat , & reliquarum fermentatiōnū consequentium initium . Iconologia sāt elucidavif .

II. Semina singulorum vegetantium initiant a propriis herba , & planta germinante tempore pubescentia deferri in Motum , verno , aestivo , autumnali tempore ; uti gradatæ sunt species distinctæ , diversæ , molles , mediocres , duræ , magis , minusque salibus prægnantes : quibus annitemporibus succi saporosi soluntur in terreo sinu , & successivè in singulis affixis virentibus , ac vegetantibus . Ducuntur liquores salibus propriis prægnantes , qui archeali elastico , & intrinseca ipsorum eterogeneitare soluti fuscitant Motum , quo ducuntur ruditer figurati in uterum finulum , sed figuratae aliter non continerent , nec susciperent specificam modulatam Molem ; nām specifica Modulatio partim præbetur a radicibus herbaceis , & plantiferis , & partim perficitur a Figura simili contenta , in qua successivè augetur , cum qua modulatur , & ex qua ultimè specificatur perfectè .

III. Saporis est ex suo intrinseco salino soluto principaliè intrinsecum extricare Motum : sua eterogenea salium naturalium ammona , copula , & annexione ; undè copiosa salium retentio in fluido saporoso facit celeriorem , fortioriem , & lascivientem Motum extricantem , actuum nimis in Mole dimensa producendi seminis .

IV. Paulatim successivè ducitur saporosus liquor a Matre herbacea , & plantifera qualicunque , & ita successivè modulatur in Figuram oruli , sive seminis naturalem , & uti defertur , ita Figuratur : uti Figuratur , augetur : uti augetur , perficitur ; uti perficitur , defertur in suam dimensivam propriam speciem .

B

V. Sa-

V. Saporis distinctia , diversa delatio a planta , & vegetante herba sit primario a salium Idea, & iudice , que Idez , & iudicis positio sit , conservatur , defertur a sua naturali specie , & hoc ab annexa Figura .

VI. Distinctio saluum , & diversitas , ac etiogenetica ipsorum Saporum præbet varias , distinctasque species multiplicatas ex modulatione varia solutorum salium . Talia nutritio nequeunt , nisi solutionem patientur in fluido : nutritio sit ex Figura communicabili , quo in fluido residet . Gustantur cuspidi iugae saporis adura , at quia non soluta , nutritio nequeunt , priusquam solvantur . Si tentatio organizati corporis efficit in acido tota satis , nulla darene sapofolia gustatio ; uero Sapor agit in fluido .

VII. Saporis est intrinsecè nutritio , angere dimensione , perficere specificè viventes machinas quilibet in varia , diversaque specificatione . In spidens omni prorsus sale priuatum , incapax nutritioque , causa privationis salina . Non auget , alio non uictus nutriende Moli , sic incapax specificare ob causam modulationis per seipso saporis , non perficendo , uti necessitat , singulatim partes seruantes machinas ipsas . Anæxione , & adhesione saporis liquoris in fluido universaliter diversimodo salibus modulato , hoc omnia sunt .

VIII. Omnia sensim vegetantia , ut productionis initia hebeant necesse venit , ut supriuantur , dimensione auditiva specificentur : Hec a saporosis fluidis sunt , non vapidis , non insulcis , non remotis a Motu exercitationis . Igitur initia vegetantium omnium sennium deferuntur a Saporibus , sed fluidis salino mouere præditis : quantum dico est , a succis ordine suo modulatis , figuratis in tali specie .

IX. Nutritio , Auctio , Specificatio fieri necessitantur Motu fermentationis distinctio , Nutritio adhesione : ductio appositione nova : specificatio limitata , & qualitate totali organizationis partim . Hinc singula contineantur ex introrsum ne saporem naturalis fluidi , ex cuius distinctu modulata . Figuratione , augmento . Nutritio , Auctio .

G N O M O N II.

Actionis, & Specificationis Motus distincti naturales in producendis Machinis viventibus sunt.

X. Si deficiat Sapor, removetur nutritio, nam ipso agitur: deest, nulla specificatio obtinetur: Saporis, quia prima fundantia initia sunt salia, consors Figuris, singulisque Saporis vegetantium singularum seminaria molea firmantia, ideo ipsius totam tribuitur.

XI. Primum fundamentum successiva propagatio-
nis in singulis viventibus speciebus est Fecundationis Munus, sine quo nulla prolificatio, nulla successiva perpetuatio specifica obtineri valet, ut sicut elucidatum in Iconologia. Fecundationis opus defertur ex faceis, sed Saporis duplice sa- porizatione affectis, nutritiva una, & prolifica altera: ut si deficiat Saporis facies Fecundationis, licet sit nutritiva; at- tamen Fecundatio non venit. Vappida seruina possunt esse capacia nutriri aliqualiter diminuta, sed non prolifica fecun- dare: Sic molestie, & abolitiones habentes ex Sapore secundo, non defertur propagatio seminalis, ut solius Saporis sit Munus ducere successivam specificam universalem, perpetuam propagationem.

XII. Fecundationis vis universim manet in Sapore nobilioris, & altioris gradationis, ut requiratur non pauca ad tantum Munus obtineandum, & quod notata dignum est, tantam excellentiam successivæ propagationis in quolibet genere, & singula specie viventium contineri, & tribali so- lis Saporis modulatis distinctæ Figuratione in sua specie, etiam verminosa, & fungosa non neglecta.

XIII. Gradatione, & modulatione Saporum, & Fi- gurarum posita in multiplici, varia, diversa in primo alio modo atque universaliter, sic innumeræ species, & ex his individua sequentia sunt initiativa, audita, similia, propè similia, aquaria, dissimilia, et sint abecedarium omnium generum, multiplicatarum specierum vegetantium, ut si- liter sunt omnium distinctionum auctu expressarum, & de novo exprimendarum. Omnium pictorum, impressorum, & de ceteris imprimendorum, singularum imaginum expres- siones.

Iconolo-
gia Elucid:
III. fol. 95;
et seq.

MICROLOGIA METHODICA

XIV. In saporifera indole intelliguntur, & veniunt omnia salia soluta, solubilia, patentia, & perficienda; unde in Saporifera Idea extat polychresta annonæ omnium possibilum, & præsentium Saporum; sicuti in circumscriptione Figuræ continentur singula possibilis deducatio, & Geometrica positio lineæ, ex qua modulata, omnia Figura diversa. Ex abecedario Saporum, circumscriptione Figurarum annexarum oriuntur, fiunt, nutriuntur, augmentur, specificantur singula vegetativa semina, uti principia perpetuæ successivæ propagationis vegetantium Machinarum.

XV. Quia multiplici modulatione copulantur Sapores varii, variaque salia, & geometricæ Figuræ, & hæc omnia fieri nequeunt, nisi Motu primo comuni omnibus producendis, qui Extricationis dictus; alii Motus fermentativi, distincti, successivè delati circa nutritionem, dimensionem, & specificationem, qui ex Saporibus ipsis tanti, varii, distincti, diversi obtinentur; illisque lassis, molestis, oriuntur moleste Ideæ; id est sit.

G N O M O N I I I.

Molesta, Laudentia Qualia Vegetantibus Accidant.

I. **E**x quibus consonæ naturaliter, & geometricæ annexis struitur singula vivens, vegetans-machina, etiam ex iisdem occasionaliter depravatis afficitur, laeditur, & morbosa ducitur: Tanta, talique varietate, & multiplicitate, quanta est efficacia, copia, & annexio fundantibus ipsam, variaque modulatio laedens, officiens.

II. Firmant, nutriunt, augment, specificant vegetes Machinas omnes, tam ipsæ Figuræ, consoni Sapores, & consequentes Motus intrinseci, & extrinseci: Verum enim est, quod anatomicè exprimitur, in vegetantibus ipsis talis molestia, tantaque depravatione, quanta sunt capaces Figuræ ipsæ, ipsique Sapores fundantes Machinas vegetativas illas;

illas; Ita iadere Figuras circumscribentes, quamlibet herbam, ac plantam vegetativam, & quales Sapores extircant, nutriunt, augent, ac ultimè specificant Machinas ipsas.

III. Solis Figuris evenit Fractio, & Vitiata Modulatio, unde morbi plantiferi, herbacei fiunt in Mala compositione, & Soluta, Vitiosa Unitate, sic dicti tales morbi penè virtuosos methodicos. Variz, & multiplices sunt tales occasioales molestie, uti multiplices, variz modulaciones Figurarum in mole vegetativa construenda. Artefacta omnia imitautia naturales Machinas tantis vitiis iædi capacia sunt, quanta est copiosa Modulatio Figurarum, & appositorum in ipsa artefacta Machina. Ædificia magna, & ingeniosa recte, mathematicè quantis struuntur variis Figuris annexis, & modulatis, tantis subjacent lesionibus: Artificialia parvi momenti, & simplicis structionis, quia paucis Figuris modulata, etiam parvis molestiis destruuntur. Geometrica observatio docet quia magnum, nobile ædificium in se continet multiplices Figuras, quibus struitur: Magnæ Urbes, Speciosa Tempa, Castra aliam requirant geometricam multiplicatam Figurarum annexionem, quam unica, simplex domus. Una pagina paucas dictiones, magnum volumen quantas exposuit.

IV. Fabrica vegetantis molis paucis constat Figuris, & illis quasi majori numero, & delatione in longitudine, quoniam vegetantia in longam crescunt, uti herbz, & plantæ singulæ. Hinc paucis Figuris longis, obliquis, & tortuosis, quæ his gaudendo planta, & herba quælibet, sio struitur, & firmatur. Quercus, sorbus, cerrus, similesque plantæ annotant.

V. Producuntur, nutriuntur, & augmentur vegetantia, ac grandescunt in trunco, foliis, solidamque mollem omnes herbz, sed paucis Figuris dotantur, & stringuntur; Quarum paucitas iædi apta est, nam eis constringitur.

VI. Figurarum diminutus numerus facit etiam diminutum numerum lesionum. Figuræ enim naturalis geometricæ.

tricà deducta , dum luditur , vel vitiosè modulatur , tunc dicit mala compositionem , vel ad sumnum Monstruositatem : Sic Iesa Modulatio in seminibus , herbis , plantis , floribus , frundibus , fructibus , truncis circa Figuram ducit morbosam compositionem in vegetantibus . Luditur Figura in modulatione aequalitatis , similitudinis , positionis localis , inde dicitur morbosam herba , Iesa planta in mala compositione , vel monstruosa figuratione .

VII. Alteri morbo , & molestie ludenti subjacet quilibet Figura , scilicet morbo Fractionis : rumpitur , solvitur Figura in contuso , carieque affedo semine , vel herba , & planta : Tunc accidit morbus vegetantibus ipsis dictus Solute Unitatis , sic apud virtuosos . Nexus , ligamen , copula Figurarum necessitat necessitate naturali in singulis Veneribus . Iconologia docet . Vitalis Motus in singulis vitanis habentibus requirit partium omnium nexum , & ligamen , ut fieri possit Motus vitalis unus , consensus unus , conscientia omnia in salubri , vitali , naturali Machine . Fracta Figura , vel contusa in semine , herba , & planta , cessat , & molestus fit Motus crescendi , tali gradatione , quali officitur Figura , leviter , mediocriter , totaditer , ad cuius proportionem sequitur morbosam vegetantium molestiam .

VIII. His molestiis offenditur , & morbosam redditur Figura in vegetantibus seminalibus herbaceis , & plantiferis , & ipsis tributa reat mala compositio , & soluta unitas , nam talibus molestiis subjacent Figura omnes , vel deturpantur , aut male modulantes , unde etiam consequitur monstruositas . His expressis :

IX. Quia Saporibus struitur etiam vivens Machina , ut aliud fundamentum vegetantis productionis , hinc illorum depravatio in delatione nutritiva , vel initante strunctione , quorum defectus essent Arescentia , & Verminatio , & tales morbi capaces sunt depravare viventes Moles vegetantes . Tantis morbis affigitur unum quodque vegetans , quantis succis solidisque multiplicatis nutritur , Saporibus varie modulatis . In herbis , & plantis præter Figuras annexas extat , & nesci-

cessarius est alibilis succus nutritivus, fecundans viventes stolones, ducens tempore suo in geminis flores, successivè fructus, ovula, semina dicta: qui succus nutritius saprosus vel peccat in quanto diminuto, vel in depravato, & aliquando copioso molesto ab indole naturali discedens. His morbis offenditur vegetans herba, & planta, scilicet Arescentia, Obesitate, & Verminatione.

X. Obesitas dum praternaturale suscipit quantum, nimis fluidum, dicit in vegetante quamdam neutralitatem, molestam delatam a nimia copia non naturali liquoris nutrientis, & ex hoc Figura etiam naturalis neutralitas dimensioniva: Intèr morbos vegetantium neutralitatem habentes dicitur ex Sapore, & Figura nimis aquæ. In sensitivis verus Morbus dicitur nimia praternaturalis corporis dimensionis: auctio, ut hydragogæ, sive lymphatici Morbi hydropis: Ideam sapientis.

XI. Arescentia verus morbus est in vegetantibus omnibus seminalibus herbaceis, & plantiferis orta occasione uente interna, vel externa habita, dum succus nutritivus quaudam insufficiens, vel Sapore non aptus obvappescentiam, vel annitemporis molestiam, vel occasione plantifera radicale data, in quibus paulatim arescit, & tabescit vegetans ipsum, qualecumque sive feminale, vel qualecumque aliud. Talis arescentia. Ex nutritione remota adibilis saporosus succi: Quæ remotio dum totalis est, tunc perfecta ardara, & tabescientia dicitur in vegetante. Si gradata, ut diminuta fiat nutritio, talis consequitur arefactio. Dicitur morbus apud scholasticos in Intemperie: Arescit ex deficiencia roscidi arietiequis. Roscidas est Saporis fluidi, non Figura licet consequatur etiam Figura diminutio, tali gradatione data, ut rosciditatis saporosæ gradatio est.

XII. Vermatio seminum, herbarum, & plantarum succedanea Saporis, succoque saporosæ evenit. Vermatio exigit Motum fermentativum generationis, sicuti fungoscorruptionis, & productio, licet nonnaturalis sit ipsorum ortus in plantis, attamen fermentantem Motum exigit, qui

16 - MICROLOGIA METHODICA

Iconol.
fol. 112.

in Sapore magis agitur. Motus enim generationis requirit succos saporosos fœcundos; nèc fœcunditas reperibilis est, nisi in Sapore extricante; ut Iconologia elucidat. Dùm verminescunt semina herbacea, & plantifera, tunc alienantur in ipsis succis nutritivis in aliam indolem a naturali Idea, sicuti in generatione vermium ostensum est: Satori annectitur fermentativus Motus ex salium eterogeneitate, & fluxili necessaria Figura; ideoque plantifera herbacea, seminalis verminosa indoles decurrit ex Saporibus ipsis nutritivis alienatis ab Idea specifica, & tunc ordine, & modulatione verminosa oritur Motus verminationis.

XIII. Est aliquando Motus verminationis totalis, ut successivè occurrit frugalibus seminalibus, & exilis molis. Ali quando herbas, vel plantas ipsas molestando, licet virides sint. In ramo, trunco, fructu distingue verminatio ovalis particularis accidit reliquis aliis partibus plantæ, vel herbæ; attamen temporis longitudine ex universali succo alibili molesto quilibet pars lœditur, & verminationi subiacet ex saporoso defœtu.

XIV. His depravantibus Saporosis fluidis, Morbescit quodlibet vegetans in morbo Intemperiei, qui Morbus sensitivis omnibus adiicitur ex senescentibus molestis succis. Sunt comunes Morbi vegetantium, & sensitivorum in mala compositione, soluta Unitate, & Intemperie ex ipsis Figureis, & Saporosis succis, quibus Machinæ omnes viventes strvuntur, augentur, specificè firmantur.

XV. In tantis innumeris generibus, speciebus, & individuis vegetantium semen, herbarum, plantarumque habetur similitudo specifica, & dissimilitudo individua: nunquam omnimoda æqualitas similitudinis inter unum, & aliud: Est propinquæ, & quasi eadem, sed non undique similis. Exemplum teneimus in nobilissima Machina humana, in qua tanti fuere, innumeri sunt, & multiplicitas futura erit, attamen unus non omnino æqualis, similisque alteri ex tot innumeris hominibus in asperu, dimensione, geometrica positione, colore, aliisque, quamvis in Machina humana contineantur omnes creatæ.

Figu-

G N O M O N III. 17

Figuræ, & contenti Sapores in diversitate tantarum partium diversarum in Figura, & Sapore, scilicet ossibus, tendine, ligamine, cartagine, periostio, fibris, glandulis, musculis, membranis, cute, nervis, venis, arteriis, tanta-
tisque fluentibus liquoribus, ut sit admiranda Moles, ut va-
leat dicere: Si nescis Factorem, respice Excelsum Tantum
Opus; ut mira, & nunquam sit expressa Altissimi Creato-
ris Infinita Immensitas: Tamen omnes tantæ specificæ Ma-
chinæ sunt in tali specie strucæ, modulæ ex Figuris cir-
cumscriptis, & ipsis exprimitur similitudo specifica una, &
individuorum nunquam sàt numerandorum. Aliqualis dissi-
militudo intèr similes: a quibus conservantur, & tanta in-
numera dicitur individualis copia. A Figuris ipsis varie
modulatis hoc oritur, etiam inter inferiores species omnes,
leoninas, equinas, ovillas, bovinas, &c.

XVI. Unde cogitandum, & petendum esset tanti
fundamenti, & initiantis originis opus in omnibus Machi-
næ, nisi ex iis, ex quibus construuntur, & causa quorum
fit similitudo, & dissimilitudo in quanto dimenso, & mo-
le organica. In similitudine confienda concurrit æquali-
tas partium, quæ a circumscriptione Figurarum habetur,
Necessitat etiàm æqualitas dimensiva, quæ ab iisdem anne-
xis tribuitur. Vitalitatis Motus continuus, successivus a
nutritione simili, quæ a Sapore defertur in Auido Roscido
naturali. Utrumque igitur initium habetur a Figura æqua-
litatis, & a fluido saporoso nutritate ipsum organicum quan-
tum simile ducendo æqualitatis, & dimensionis opus.

XVII. Quibus morbis herbaceis, & plantiferis, sci-
licet Fractioni, distorsioni monstruosæ Figura redditur
morbosa, vel fræta, & obesitati neuttalitatem habente,
utrumque concurrit, uti Arescentiæ, & verminosæ produ-
ctioni saporosus, molestus succus, peregrinus diës, qui
salibus prægnans alienis in Motum nutritionis molestæ diri-
gitur, dicens intemperiem, sicuti antecedentes in Figura
malam compositionem, & solutam Unitatem.

XVIII. Agricolæ, & agrestes (sola experientia ducti,
nam ratio fundamentalis apud virtuosos manet) methodi-

cam auxiliatricem manum dirigunt in correctione vegetantium expressorum morborum, scilicet fractionem ligamine fortis inter partes fractas, ut successiva nutritione plantifera coalescere, uniri iterum, & adnecti possint glutinoso delato nutrimento a tota planta, ut quotidie observatur in tot, tantisque Insectionibus, appositione alterius speciei in aliam plantam, vel herbam solo diligentii ligamine inter stolonum insitum appositum, & plantam principalem: Similiter insuffiones gemmatæ, sive oculatae similibus ligaminibus. Valet enim diligens ligamen ligare duas species diversas, licet propè similes esse debeat causa Figurarum, & Saporum: Quantò magis efficacior erit ligatura, & annexio diligens in eadem planta, ducendo unionem inter fractas partes, sed non totaliter ipsius vegetantis. Imitantur Chyrurgicam manum, ac methodum in ossium fractione optimis ligaturis, & partium modulatione, committendo annexionis opus fluido universalis nutritivo, cuius manus est alligare fractas Figuras in eodem organo. Similiter distorsioni, sive male compositioni firmare partes in naturalem texturam ligamine tabellarum. Modulatio Figuræ sufficiens est debito ligamine non solum fracturas, sed distorsiones corrigere, uti insuffiones omnium plantarum sat docent.

XIX. Obesitati, & vitio superflui noxii succurrit incisio plantifera inutilium stolonum. Vites in suis superfluis racemis sic conservantur, ut magis pubescant in ovarum productione, & firmitudine semiplantæ; sic modulatio Figuræ in plantis, semiplantis, & herbis deducit, ut valeat viridaria mirteta, aranciorum, baxi, aliarumque plantarum semiplantarum, & herbarum perducere in pulchras statuas, pilas, umbracula, & mirandas ingeniosas Figuras ex sola modulatione ipsarum. Pariter aufertur molesta obesitas remotione superflui producti, quam ex copia fluidi nutrientis.

XX. In Saporosa Intemperie ducente ariduram, & verminacionem pariter agricolæ ipsæ sequuntur vestigia methodica primæ Machinæ, scilicet augendo in aridura succos abbiles, suaves, innocentes, lymphaticos, ut quasi laetitia

G N O M O N III. 19

Item methodum, obseruent; tam in propinatione aquae fluidi gradatim, successivè in radices herbeas, & plantiferas, causa potus, & in optimissimis consonis, maturis, & salibus similibus prægnantibus substituunt loco cibi, quo ariduras vegetantium gradatim, successivè corrigunt. Verminacionem similitè corrigunt ustione vermium ferreo cultro, removendo verminosam deprivatam partem, & urendo, nè in fungosam molem ducatur. Ustio chyrurgica agricolarum, ut etiam aliquibus amaris utantur, uti chyrurgica methodus superfluam carnem assumendo, squamosis auxiliis in ossum carie. Omnes enim inferiores subalternæ corrigentes methodi imitantur primam, nobilemque scholam. His deductis circa Figuras, & Sopores vegetantes struentes Machinas terreas, earumque molestias, & morbos corrigendo in Figuris, & Saporibus; opræpretium venit ad ulteriora calamum ducere. Idè sit

S P H Æ R A II.

*Ex Idea Sensitiva Ovipara, & Vivipara
Primordia Fætationis a Figuris, &
Saporibus deferenda.*

Motus nobilior altioris indaginis in qualicunque organica mole specificat ipsum constructum organicum; nam Motus, sive opus sequitur esse. Sunt digniora munera, sic dignior Motus in vivente. Sunt nobilioris modulationis, & structurae ea, A quibus, In, Ex quibus oritur naturalis Motus intrinsecus vitalis agens. In vegetativisordo vegetationis notat Motum expansionis, fœcundationis seminalis ex nutritione aquila ducente propagationem. His tribuuntur talia opera, talesque Motus naturales vegetantes ex fundamentis Figurarum, & Saporum annexorum naturali copula: unde opus structum in genere vegetativo, suisque speciebus venit. Hinc.

GNOMONI.

Ovipara Initiant Pullulationem a Figuris.

I. **O** Mnia ovipara præter vegetationis munus continent sensationem aliqualem, indole tamen sua, organorum multiplicitatem, partium eterogeneam. Ideam, officinarum multarum seriem, & consequentes Figurarum annexarum copiam, saporumque Ideas non paucas; ex quibus varii Motus ultra vegetationem, nutritionem specificam, & fecundationem propagatim.

II. In seminibus vegetantibus rudis, exilisque continet herba, vel planta: In ovipera mole annotantur pullulationis Ideæ; Resident in ovulis ipsis omnes partes delineandi, perficiendi, excludendi pulliferi fœtus, licet sint invisæ; attamen veræ, ac certæ sunt illæ perficiendæ ex incubatione, & naturali geometrica positione, & modulatione: Sic observantur initiare ex punto saliente, dicto, & successivè perfici, nutriti, augeri, & modulari usquæ ad perfectam structuram cuiuslibet specifici ovipari. Nec casu modulantur partes omnes successivo tempore incubationis, sed sempè a cuspide ovali ad suam basim; licet circuli notam repræsentant in ovali Figura, ut si casu, vel molesta occasione aliter commoverentur partes; dum incubatur ovum, tunc monstruositas, inæqualis pullus ex Figura naturali vitiata.

III. Figuras omnes confanas primò observamus, a quibus initium habent canales, ductus, officinæ, viscera principalia ex fermento extsicante seminali æqualitè mouente omnia fluida ad Motum pullulationis, & hoc mediante ipso Sapore fecundo seminali masculine annexo apici ipsius ovuli, sive in radice, & basi; undè fluida conflenta Motu extricationis saporiferae ductæ vi Saporis prolific fermentant.

In

IV. In oviparis præstantior, & numerosior Figuræ necessitas initians vitalitatem; nàm aliæ Figuræ initiativæ Motus vitalis, aliæ conservant, & tertii ordinis sunt, quæ gradatum Motum durationis præbent.

V. Prinæ Indolis sunt omnes illæ Figuræ, quæ cordialem sedem modulant: quibus gravitèr læsis, vel recisis, tunc nec oritur vivens, & si natus moritur. Sunt principium, & sedes Motus universalis vitalis in Machina: tanta, talisque necessitas etiā est in vegetantibus singulis; ut gravitèr si lædatur germen, sedes prima foecundi extricantis Motus, tunc herba, & planta non germinat: si plantis, & herbis jam perfectis, sù natis lædantur tales Figuræ, vel rumpantur radices, a quibus initiantibus Figuris sunt omnes Motus vegetationis, etiā tunc herba, & planta arescit, perit, nisi novæ productioni radicalium Figurarum, & regenerationis detur locus. In vegetativis origo, Motus Ex, In, Cùm germine in seminibus Fæcundis, in productis eadem necessitas radicalis Figuræ.

VI. Secundi ordinis Figuræ in oviparis Machinis sunt illæ, quæ conservant vitalem Motum, & tales sunt Figuræ omnium officinarum præparantium, cribrantium, perficiéntium liquores necessarios nutritioni, elasticitati illuminativa cujuslibet viventis Machinæ; uti sunt Figuræ chylificantis ventriculi, & omnium sedium consequentium, quibus molestis gravitèr, ac læsis Figuris in qualibet officina, statim vivens Machina gradatim desinet a suo naturali salubri statu.

VII. Tertio loco sunt ipsæ Figuræ, quæ longam, brevem, fortem durationem subministrant, & hæ sunt omnes Figuræ solidarum partium in omni modulatione ossea, muscularis, tendinosa, & singulis matricis fibram universalem strucentibus. Non perit vivens, nisi longo tempore dato, servata gradatione levitatis, at flacciditatis harum Figurarum: offenditur, sed non statim perit, ac data temporis successiva gradatione respiciente unum, & alterum, scilicet Figurarum læsionem, & Molis dimensivæ Indolem, Ideam, Structuram.

MICROLOGIA METHODICA

VIII. Hæ omnes Figuræ priuini , secundi , & tertii generis sunt initiantes in qualibet ovipera pullulanda , ena scenda Machina . Omnes enim tamen cordiales , ventriculare s officinæ , & musculosæ , licet ultimo loco inspiciantur , tales in ovo incubato deferunt viventem Machinam pulliferam . Si casu Figura initians cordialis laedatur , pullus non enascitur : Si officinarum præparantium sedes in Figura molestas sit , non conservatur , nec nutritur , neque perficitur . Dum musculosæ , ossæ durationi dicatae , & fibri motrici compatiantur ; tunc offenditur Machina , sed non violenter perit .

IX. Initiantes in generatione , & fœtatione ovipara , primo necessariæ apparentes , & intuitu delineatae , ut ab ipsis sit viventis origo , dimensio , & principium vitalitatis successivæ pullulationis , & conservantis , durationis gradatio . In uterino , ovario , fœmineo habent primam Figuram similem , æqualemque Parentibus , ut si in ipso ovario aliqualem molestiam in Figura suscepissent ovula ipsa ; aut non sunt capacia pullulare , licet fœcundæ sint , vel nonnaturaliter , & vitiosa struuntur , quia peccant in Figura initiativa pullulationis .

X. Originis partiale fundamentum in fluidis ovariis Figuratis primo intuitu contineri videbitur , sed non mirum . In seminibus vegetantibus exilissimis tota molis herbacea , vel plantifera innotescit ; in quibus nullus sensationis Motus nequè multiplicitas est . Sunt altioris ordinis sensitiva ovipara , id est que stabiliorem , firmioremque initiatam Ideam obtinere debent a suis Figuris . Omne dubium delet quod experimentum probat quotidiè oculariter . Si contineri Figuras naturales illas lactiferas videmus in fluido lacteo ipso , quantò magis fluxilitatis , quæ sunt in ovario contenta duriora lacte ipso : in quibus ovulis albumen sedes Figurarum perficiendarum in quanto dimenso , sunt quasi semisolidæ consistentæ , nec fluxilitatem obtinent liberam , nisi quassatione , & ruptione fibrarum Figuratarum ruditer , ac contentarum in albumine ipso , quo formandus pullus : sic vitellum

sum ovarium substitutum loco pabuli nutrientis in fœtatione perficienda, etiam retinet, Figuram semiduriusculan-
rotundam, ut aptum sit, & idoneum undique alere futu-
ram gerendam pullulationem. Lactis Idea, & structura est
etiam in se ipsa, licet fluxilis figurata, servans rudissimas
Figuras singularium partium fœtus nutriendi.

XI. In destillatione caprini, ovilli, alteriusve speci-
fici lactis in alambico vitro, ac balneo mariæ facta, destil-
latio lactis tenuissima decurrat successivè in tenuissimum se-
rum ebullitione aquæ balnei usquè ad ultimam guttulam.
Post talē extractionem tenuissimæ lactiferæ copiæ, subsi-
det in fundo alambici quædam massa, quæ Magdaleon dicitur,
retinens duriorem structuram caseosam: quod maximè
notandum in hoc opere venit, & observabile, quod in di-
cto subsidente duriusculo Magdaleone diversæ, ac variæ
multiplices Figure, & vacuitates eterogeneæ sint: quæ Fi-
guræ variæ, ac diversæ absconditæ erant in massa, fluentis
lactis destillandi. Omnes illæ, quæ necessariæ erant ad nu-
tritionem viventis fœtus nutriendi. Serum, butirum, ca-
seosa pars in lacte sunt similes Figuræ, & diversæ in massa
universalí structæ in ventriculo lactantis matris ideatæ; non
minùs ac in chylificante officina ventriculi chylus suscipit
omnes Ideas rudes, Sapores, & Figuras naturales, anne-
xendas, copulandas diversis partibus nutrientis in Machi-
na universalí, scilicet musculosis, glandulosis, osseis, ce-
terisque innumeris.

XII. Quanta majori necessitate adesse debent in ovis
deferendo perficiendas Figuras in fœtu pullulando, & anne-
xione successiva semifluida ovaria albuginea gradatim deduci
in partes futuras solidas, semisolidas, & fluidas ex vitello
universalí pabulo annexo in successivam nutritionem per-
ficiendi, & augendi fœtus. In lacte sola nutritionis futuræ
necessitate tot, tantaque Figuræ naturales, & eterogeneæ
continentur: Quantò magis ipsæ contineri debent in ovo du-
cente organicam M. lem viventem nobilioris modulationis,
eui necessitat delineatio, structio, Motus, nutritio, au-
dio,

MICROLOGIA METHODICA

Ctio, perfecta dimentio, & ultimata specificatio.

XIII. Ideò multi liquores, & non pauca alimenta, incapacia sunt nutrire hanc unam, & non aliam speciem, quia in illis liquoribus, vel cibariis non continentur similes & æquales Figure & Sapore ducibiles consoni, & annexibiles illi speciei diversæ. Multa animalia hunc cibum, non aliud, talem liquorem, non alienum, excepto solo primo aquo fluido communio omnibus speciebus; quia in ipso continentur omnes possibilis vacuitates, & Figuræ, Ideòque universalis fluidum omnibus. Eadem est causa in insitionibus plantiferis, ut una species sit apponenda speciei propinquæ in Figuris, & Saporibus: Non vitis supra pirum, non sorbus supra vitem, non pomi supra vites, & sic de cæteris.

XIV. Colores diversi, nævi, cicatrices naturales ducentur a producentibus, generantibus parentibus, & sola Figura impressa in dimensione organica quanta, migrant a generante in genitum fœtum, sed ab initiis generationis, quod maximè notandum. Squamæ diversæ in piscibus, penæ, ac colorum dimensio in avibus. Colores varii in brutis, & præcipue in specie equina, canina, felina, aliisque quadrupedibus. Deferuntur circumscriptæ Figuræ in dimensione coloris a tota Machina Figurante in superficiem externam in qualibet specie. Occasionalis, sive casualis coloris, nævi, alteriusque, in equis, canibus, aliisque fiunt impressione quadam occasionaliter Figurante ipsas externas impressiones incubitives.

XV. Nec apta nutrire, vel capacia sunt fluida quæcunque quamlibet Machinam viventem, dum totali indole Figurationis carent: Rudem enim, licet non totalem perfectam servare tenentur in specificatione partium nutriendium. Offa non nutriuntur succo musculofo, neque musculus liquore osseo, vel membranoso, nec nerveus cartilagine, & sic cæteræ omnes partes; quia circularis, V. G. Figura non robatur concentricè, neque augetur, a triangulari, nec triangularis ab octoedrica, sic de omnibus aliis Figuratis nutrientis. Nutritionis tanta modulatio requirit similia genera-

G N O M O N I.

25

generationis, & productionis initia in seminali fluido, ex quo similes, & qualesque Figuræ, & SaporeS ducuntur in fœtum producendum. Lactis Idea, quia nutritiva, sequitur vestigia seminalis fluidi; & hoc consequitur initium generationis succedaneæ nutritionis, & perfectæ dimensionis. In illo lactifero fluido omnes naturales ideantes Figuræ, uti in ipso similes nutrientes, licet utrumque fluidum sit.

G N O M O N II.

Omnia Ovipara Initium deferant a Saporibus contentis in sinu Figurarum.

I. **S**unt Figurarum propria singula circumscriptione signati sūnuli in maritimis, reptilibus, volatilibus, vermbus, & omnis alterius generis, & specieS ova ipsa sempèr in ideante indole vegetationis sunt figura-ta, ac circumscripta ducentia saporosum fructum consolu-num in sinu, ut sint apta dato Motu extricationis, sive solutionis salium, ex quo moveti, & iactum suscipere apta sint omnia generanda, & producenda. Vegetant, non vivunt semina: vegetant figurata ovaria fluida, at nisi Motum extricationis suscipiant, non nutriunt, non agunt.

II. SaporeS fœcuadi sempèr gaudent fœcundationis munere ex ipsa Figuratione ipsis annexa; nam fœcunditas saporosa necessario duplēm Ideam retinet, scilicet primam nutritivam universalem, ex qua, cum qua, & in qua exer-cet suum opus, Motumque extricantem. Omne fluidum fœcundum primam suscipit Ideam nutritivam polycrestam, & iadè sequentem prolificam; ut si incapax sit nutrire, nullimodè aptum est fœcundare; nam fœcundatio est ultimum supremum inopus annexum fluido naturali. Possunt succi, liquores omnes nutrientes esse, sed non fœcundantes, vel defectu purbertatis, vel deficientia organicæ sedis prolif-cantis, ac vitiis occasionalis molestiæ.

Iconol.
fol. 201.

D

Gau.

MICROLOGIA METHODICA

III. Gaudent Sapores omnes nutritores in omni individuali mole sua consona Figura naturali : qua negata , depravata , vel ex morbo molestia ex occasionali causa , tunc non autriunt , non agent , non restaurant ipsam viventem molem , cui adhaerat . Inaumeri morbi ex denegata , viciosa , vel depravata Figura sunt . Nutritio , quia annexione sociabilis fluidi , similis succi in Figura , & Sapore annectitur solido nutriendo , sed non aliter . Igitur sunt nutrientes succi necessarii figurati indole sua adhesiva . Sunt fœcundi dum gaudent duplice figuratione , una prima nutritionis universalis , & altera fœcundationis specificæ . Extant componentes literæ dictionem excellentem : sunt descendæ modulatæ literæ , & dum compoant tantam nobillem aliquam dictionem , tunc alia modulatione stracta . Sunt fœcunda fluida , dum supponunt Figuram nutritivam ; Dicuntur fœcunda , dum propagationis Ideam suscep- perint .

IV. Initium fœcundationis a novo . Sapore habetur a proprio viscere prolificante . Principium vitalitatis in ovi- paris a Motu extricante ; Motus extricans præcisus a Figura , et Sapore solutorum salium . Sapores primi solvantur in oviparis ovulis , dato . fotu solvante elatico ipsiis unicis salibus figuratis in proprio ovulo , geometrica modulatione data ; idedque Sapores fœcundi semper sunt in sinu propriæ Figuræ , aliter prolixi non essent , si figurati in sinulo . non continerentur .

V. Internam , ultimamque perfectam Figuram defen- dent Sapores , dum annexantur soliditati . Solida firma fixa vivens Machina in sua naturali dimensione stracta , dum Sa- pores nutritivi , prolifici in sinu familium nutrientium , ac fœcundantium Figurarum extant , ac incipientem extricantem Motum suscitant intrinsecum , modulando partes organicas successiva , gradata nutritione , usque ad ultimam perfectionem specificam , que in soliditate perfecta organica , firma continetur . Talis Figurarum soliditas , dimen- sio , perfectio , nutritio , fœcundatio in viventibus Machi- nis ex tali nexu obtinetur .

Ta-

VII. Talis perfecta, organica, ultima, firma dicitur Figura modulata a prima saporifera alibili, et secunda ~~ut~~ prolifica; nec ultima finè prima; nam organizatio specifica durans, fieri non potest, nisi Sapore nutritore, et ultimante; ex qua abecedarium Figurarum, et Saporum datur in diversas species, & individua multa; ut ex abecedario literario universali omnes dictiones ducuntur.

VIII. In his Figuris continentibus suos Sopores confones, servantur Motus singuli specifici universales, & individui singulares: qui Motus intrinseci, & extrinseci sequuntur Ideam ipsarum Figurarum, & succorum Sapore gaudientium. Sunt idèo diversi, varii, distincti Motus ipsi ex distinctione modulationis, & positionis ipsorum fundantium ipsas machinas viventes oviparas, & singulas alias. Quibus positis, & modulatis distinctè, ac varie tales ponuntur Machinæ viventes ipsis vitalitatibus, ordine, & gradatione molestiz, offenditur, depravatur, deficit Machina; ideoque ipsa sunt fundamenta productionis germinativæ ovipare, & consequentis. Artefacta omnia imitantur modulationem Figurarum iu pictis, sculptis, ædificatis, quibus positis tali modulatione, oritur talis imago, talis statua, tale ædificium &c. Ex his origo, specificatio, moles, individuationis.

VIII. Sic oriuntur oviparae viventes Machinæ; si augmentatur, taliter firmantur Saporiibus ipsis, & perficiuntur organizatione universalí in sinu Figurarum. Figuræ enim secundant, firmant, conservant nutritionem, vitalitatem, durationem. Prima extricat, secunda struit, tertia nutrit, quarta auget, quinta firmat, sexta durat, septima ex his universalis secundans specifica Idea.

IX. Saporis igitur est contineri in sinu Figurarum, in quarum sinibus, quarum annexione, & modulatione deferantur initia vitalium Machinatum in nutritione, organizatione, firmitudine, & fecunditate suscepta a soliditate partium, & hac à robore, annexione, & sociabili naturali copula Saporum, & Figurarum, quibus specificatio ultima firmatur.

X. Horum similitudo , consensus , æqualitas costruunt omnes ovipares viventes Machinas in similitudine , pulchritudine , salubritate , & cujuscunque intrinseci , ac extrinseci Motus . Sic defectus cuiuslibet ipsorum morbus , & molestia in ipsis Machinis , talis , qualis diversa , variaque perit Figuræ , vel Saporis culpa .

G N O M O N III.

Vivipara Utero Annexa Initium ducunt in Fætatione a Saporibus Figuratis .

I. **G**enetationis successiva propagatio quælibet est ex ovario fœmineo , tam in viviparis , quam oviparis . Hac tamèn distinctione , ut in pulliferis , reptilibus , piscibus , avibus , verminibus fiat ovulatio in utero fœmineo , ibique copula maritali a masculeo fœcundante , semine , ductaque in perfectam mollem , ova ipsa , ac solidam Figuram intùs deferendo indigeant foras exclusa elastica incubatione , & consona materna , vèl alia capaci , ut paulatim fiat extricans Motus in ipsis ovariis fluidis , & gradatim delineatione successiva organica continua , partes omnes oviparæ molis struantur , & perficiantur in Figura naturali , dimensione , firmitudine , & duratione in pullifero organico ducente , & suggente in sua specie incubationis tempore organorum structuram ex alibili vitello annexo .

II. In viviperis generatio ovulorum in utero fœmineo , tempore debito pubertatis , & vigentis ætatis : Quæ copula maritali a mare specificantur in fœcundatione . In oviparis exclusio foras ovulorum fœcundatorum : in viviparis fit intus alligatio , annexio utero ipsi , ibique successiva micatione , Motu extricante , & pabulo fluido venoso , & arterioso materno , paulatim crescunt ova utero alligata , & fœcundata , crescuntque fluidæ , ac augentur partes contentæ in ovo ; sic firmantur canales , & ductus in Figuratione

ne, & officinarum omnium sedes Motu nutritionis firman-
tur in viviparo genito, fœcundato ovo, undè fœtus ex ovi-
para generatione Ideam viviparam habens, quia utero alli-
gata. In hoc solammodū pullulatio distinguitur a viviparo
fœtu, quia dum pullus struitur, non excedit ovi Figuram,
& molem, & nutritur gradatim ex annexo vitello: vivipa-
rus fœtus in gestatione multa majora exposcit. Annotantur
prolata fluida interna contenta in duabus vestibus involuen-
tibus fœtum ipsum, quarum una tenerior immediata cin-
gens dicitur Agnina, & altera durior supervestiens Cho-
rion. Exigit quoque deferentia vasa umbilicalia ex arteriis,
& venis maternis. Totus incubationis mensura progressus
varius, uti species sunt: Motus, inspiratio in fœtu vivi-
paro una matris, altera fœtus usquæ ad exclusionem: talia
majora requiruntur in vivipara generatione, quia nobili-
ris structuræ.

III. Hinc oritur, ut altioris perfectionis sint, & majo-
rem multiplicitatem Figurarum, & Saporum requirant vi-
vipari fœtus, quam ovipara productiones. Multiplicatis
Figuris, numerosoribus Saporiibus indiget Vivipara Machi-
na, & multis aliis officinis gaudet, quam ovipara. Vi-
vipara moles tenent masticationem, qua privantur ovipara
multa, licet non omnia; uti testudines, lucertulae, non
nulli magni pisces, qui aliquali masticatione dotantur.
Deglutiunt, pipillant omnia fœtè ovipara; ac masticatione
carent. Non mingunt, ideoque renibus privantur, & ves-
cia: inspirant imperfecto ordine tam pisces, aves, reptilia,
ovipara singula; hinc perfecta sède pulmonaria, mu-
sculis, aliisque respirationi perfectæ necessariis orbantur,
uti privantur organica modulante voce. Paucis succis ter-
minatis nutriuntur ex diminuto numero Figurarum, & Sa-
porum. Motus non omnes, nam reptilia, & vermes omnes
rapiunt Motum lumbricalem. Aves solum cantum, ser-
pentes sibilare tenent ex Figurarum, & Saporum paucita-
te, & organorum diminuto numero.

IV. Firmantur Machinæ omnes viventes tali modula-
tione,

tione, talibusque principiis, ut est gradata eorum nobilior, perfectior excellens structura, quæ a Figuris, & Saporibus, eorumque multiplicitate, & modulatione oritur.

V. Quod præcium est, & notatu venit in viviparis, ut omnes exilißime partes, omnesque contenti multi liquores, ex iis siuguli, & singula retineant distinctum Saporem, & etiā Figuram ab alia parte. Sic ex talibus distinctis etiogeneis liquoribus fit omnis generatio Machinæ in tantis diversis partibus distincta; uadè tām ordine nutritionis, quam Idea fecunditatis necessariò deferri debent initiantia principia: a diversis Saporibus, & Figuris: quibus fit ovulatio, modulatio, fecunditas, successiva partium organizatio, distincta, firma dimensio. Ipsæ organicæ partes perfectæ in dimensione organica viviparae Machinæ sunt illæ eadem, quæ fuerunt primo primæ genitæ & modulatæ. At omnes tales perfellissimæ partes ab ipsis initiantibus.

VI. Non datur aliis Sapor, non alia Figura, nisi major, vel minor tantum, v. g. circularis, pyramidalis, ovalis, longa &c. in corde, hepate, ventriculo, brachio, reñibus, pulmone, & singulis partibus: quæ Figura, & Sapor in quolibet distincto viscere, & diversa parte solùm potest affici majori, vel minori dimensione quanta, at non alia Figura, alioque Sapore, licet in hoc majoritas, & minoritas saluum, & sensationis gustantis. Certum anatomicum documentum ex ipsis Machinas viventes construi, & initiari.

G N O M O N IV.

*Molesta, & Morbosæ Talia, & Tanta Multiplicitia
Deferuntur diversa Machinis Oviparis, &
Viviparis, uti sunt struentia.*

I. **T**ortuositate, & mala compositione, fractura in soluta unitate inobscunt Figuræ in vegetativis,

sativis, uti Arescentia, & Vermilione fundata in intempore a fluidis saporosis, molestis, iaduntur vegetantia singula in feminibus, radicibus, truncis universæ plantæ, & herba. His pascis affiguntur molestias, nām paucis Figuris, & non multiplicibus Saporibus vegetativæ species struuntur. Ispis omnibus contentis in qualibet Machina ovipara, & vivipara etiam affici occasionaliter valet in fracturis, tortuositate, arescentia, & verminatione. Quia.

II. Occupant secundam series ovipara ipsa alioris indolis supra vegetativa ex multiplicitate majori Figurum, & numero Saporum modulatorum in qualibet specie; hinc aliis afficiuntur multiplicibus morbis, & tantis, quae sunt numerosiores Figuræ, & multiplicati Sapore. Teneant ovipara singula præter modulatorem naturalem, fortitudinem, nutritionem, & valitudinem nutritiosas, alias officinas suis Figuris dotatas, propriisque Saporibus affectas; unde qualibet organizata sedes, quæque saporosus liquor præter tortuositatem, fractionem, arescentiam, & verminationem, afficit tantis morbis, & multiplicatis in qualibet officina preparante, perficiente.

III. Primitus morbus in oviparis omnibus, ac viviparis est præter vegetationem remotio officinæ fœcundantis. Qui morbus in vegetativis non potest obtineri, nisi destruenda herba, vel planta, quia sedes fœcundationis in vegetativis speciebus in radicibus est: quibus remotis perit fœcundatio, & planta. In oviparis, & viviparis fœcundationis sedes est separata ab universalis vitali Motu nutritionis, nām ex officina remota in castratione pullorum, felium, canis, sville, æquinæ, humanæ, ceterarum, nutruntur Machinæ, & vivunt, imò magis augentur, & pinguescant, quare fiat, hoc Iconologia docet. Separabilis est, & remotionem fert fœcundationis officina in oviparis, & viviparis; quæ fœcundationis remotio gravissimus morbus est, dicens propagationis impotentiam. Succedaneus huic alter extat morbus, etiā infœcunditatis in his sensitivis speciebus ex defectu officinæ in Figuræ, & Sapore, ac fœcunditatis motu.

Se.

MICROLOGIA METHODICA

IV. Sequntur diversi multiplices Sapores , & Figure , ac modulationes in omni officina naturali organica , quæ capax est Iædi , & molestari tantis morbis , quantæ sunt Figure modulantes ipsam , et Sapores annexi ipsi officinæ ; sic pipillatio in avibus Iædi potest , deglutitio , chylification , alvi fædes , ac Motus progressivus , et volatilis . In reptilibus deglutitio , excretio alvina , lumbricalis , reptilis Motus , musculorum coartatio , fractio . Visio nervorum verminatio , nutritionis deturpatio , et alii annexi consequentes morbi sic in maritimis , & fluvialibus .

V. Quæ sunt capaciores , & nobiliores , species , præter reptiles , verminosos , aquatiles , & volatiles , quia præcisis , & multiplicatis alijs officiniis gaudent , ideoquæ multitudine Figurearum , & Saporum gaudent , & pluribus per consequens præternaturalibus molestiis affliguntur ; scilicet masticatione , in chylificatione , cibatione succorum , alvi dejectione , sanguificatione , nervina impressione , & tantis fluidis necessariis huic speciei , & alteri . Est organum musicale qualibet Machina vivens , & Abecedarium . Paucis epistomeis gaudens organum , etiam diminutas armoniales , & multiplicatione ipsorum oritur numerosior armonia . Cithara , tympanum classicum , barbiton , & alia individua instrumenta tantas , & non plures modulant armonia ex sic pariter tantis , & non pluribus molestiis depravantur : sic , & pariter in Machinis viventibus idem accidit in statu salubri naturali , & morbo molesto ex Figurearum , & Saporum numero fluenti Machinam quamlibet .

VI. Cuique operationi naturali correspondet similiter Molestia ; imò pluries ex modulatione multiplicata ; nam quælibet Figura , v. g. circularis , triangularis , sicut Iædi potest multipliciter in delatione , sic quoque diversas duce-re molestias . Quilibet Sapor , ac succus , v. g. lymphaticus , spermaticus , subacidus , nerveus , archealis potest affici , ac offendit pluribus molestiis , uti modulatio diversa , multipli .

riplicata erit, & tales ducere fermentativos molestos Motus in Machina, cui insidet; unde non ex sola multiplicitate, & numero Figurarum, & Saporum, sed quoquè ex multiplici modulatione oriri potest in universali vivente Machina morborum numerositas.

VII. Morbi novi apparentes in Machinis viventibus nunquam antecedenter visi non alia causa sunt, nisi ex nova modulatione Figurarum, & Saporum, sed antecedenter non facta, sicuti in artefactis obseruantur speciosa, & nova artificia non antecedenter observata, sed in praesenti recentia apparent ex nova modulatione inventa in contentis Figuris. Est abecedarium Figurarum, & Saporum numerus, quod modulari potest pluries, & millies de novo ex iisdem Saporibus, & Figuris. Ars coquinaria modulando comestibiles, & potabiles modulationes cibarias ex iisdem Figuris, & Saporibus: Sic omnes artes, & Artifices in cibatura figurina, viaria, futoria, statuaria, omniaque aliis, & praecipue in pictoria, quante nova, pulchra, speciosa, nobiles imagines, ingeniosa pista ex modulatione nova inventa. Sic in multis novæ modulationes Saporum, & Figurarum molestæ in qualibet specie dant novos morbos. Sufficeret solam veneram Item tractare, qua affliguntur sensitivæ species ex diversâ modulatione Saporum illorum, & Figurarum in Machinis contentarum. His modulatis, gradatis, ac multiplicatis in specie qualibet, reddit illas speciosas, nobiles, mirandas, & in statu molestiae culpantus multipliciter, quibus semper conceditur nova modulatio, ut de cetero relinquatur locus novis modulationibus. Sub nobilissima burhana Machina, in qua continentur omnes artes, subjacent omnes species, earumque innumerae Figuræ, & Saporæ, quia iomnia subjecisti sub pedibus ejus cantat.

Ideolog:
Leonis M.
VII. num.
XII.

Propheta, idoque omnia fieri possunt, & sunt, quæ in inferioribus speciebus continentur, vegetativa, & sensitivæ omnibus: Paci potest, & gaudere tantis modulationibus jucundis, pariterque molestis. Qorum Saporum, & Figurarum correspiciuntur, & inveniuntur in Machinis viventibus.

Et nos

E

Fit

MTCROLOGIA METHODICA

VIII. Fit in sensitivis speciebas iisdem praesidiis imminentibus primam manut humana. Veterinaris ars corrugens vitia, morbos, & defectus in sensitivis speciebus, equina, bovina, canina, aliisque, utitur iisdem auxiliis infrafracturis, contorsione, arescentia, verminatione, apostematibus, ulceribus, ulceribus, doloribus internis, externisque, deglutitione, suppressione alvi, mictione tarda, ac aliis evenientibus morbis vocatis veterinariis vocabulis apud illos, ut prodeesse valeant cuiilibet molesto saporis fratre, deturpatæ Figuræ, singulisque affigentibus sensitivas Machinas in mala compositione, soluta unitate, ac intemperie. Figura corrigitur Figuris, Sapor, Saporibus, & fidoneis Motibus consequentibus. Mirum igitur non est similibus, æqualibusque praesidiis succerti patientes, molestes Machinas, nam ex hisdem fundamentis oriuntur, diversimodè, modulatis. Sola concecta multiplicitate, varietate, & numerositate Figurarum, et Saporum, ac consequentiam Motuum in una specie gradatione minori, in aliis majori, ac multiplicibus; unde varia species, putchitudines, speciositates in ipsis variis viventibus Machinis, ex geometrica gradatione, multitudine saporifera, figurant, modulante. Sunt igitur sic auxilia corridentia exhibenda majori, mediocri, et minori dimensione, uti Machinæ specificatio, et molestiz morbos veratio.

IX. Sunt igitur diversa Figure, multi Sapores, numerosæ modulationes in omnibus speciebus, cuiilibet quorum correspondent officinae varia in figura, uti Saporibus multis diversæ, uti Motus consequentes, deduci ex ipsis Figuris, et Saporibus modulantibus naturales Machinas, quibus tot, immo majores, et numerosiores accidunt morbi causa possibilium novarum modulationum, uti in abcedario, et pictoria arte quotidie experientur. Nonquam artes imminentes naturales Machinas ad summum dexteriori, ut magisterici, et majori speciositatè gaudere possint, ut tantæ seculis confirmati superius i Pariter quoque, sicuti in persistendo inveniuntur novæ modulationes, ita quoque in offendendo.

dendo novi morbi , aliquae molestiae , sed tempore standuisse est , semperque ex parte videatur , tam perfectiva , quam deficiens , mortales operationes fundari . osiri in utroque genere ex Figuris , et Saporibus modulatione nova strudis , ac impressis ; ideoque scimus nova auxilia intercedunt carnis gentia , et etiam semper petita ex Figuris , et Saporibus Mortibusque consequentibus , tam in conservandis salubres singulare viventes Machinas , quoniam in correctione mortuorum praefontium , et de rebus descenditum . Sit igitur

S P H Æ R A . III.

Quæ ex Universali Præstantiori Vixpara Machina
Oriuntur Organica Figurata Saporosa
Scrutinio deferuntur .

O Perationibus naturalibus in Angulo genere , et qualibet specie ductis , correspondent initiantes , nutrientes , modulantes , perficientes , formantes Figuras , et Sapores . Sic multitudo speciesque , individuales organicas moles à vegetativa initium ducentes usque ad nobilissimam , perferuntaque humanam machinam . Naturalibus intrinsecis Motibus , ac extrinsecis correspondent omnia ea , que similitudinem , et qualitatem . Ideam suscipiunt operantem , specificans , et terminatam individuam . Est aurea moles , que universale fundamenta retinet , et manu Alctissimi impensis , superque lumen , creans eam ad suam imaginem , et similitudinem ; quantum dico venit : Est talis vivens machina initata facta nobilissima , conservativa , perfectissima , operativa , ingeniosissima , et tantas perfectionis , quanta ab Immenso Creature tributa . Talia fundamenta , talesque dimensiones organicas fecit Infinitus Creator , quibus operari posset nobilissima vires Machina ; deditque spiritum vita immortalis homini , ut bonis operibus , insigne que Creatore faveat , eterna immortalia possidere , posset hoc

MICROLOGIA MÉTHODICA

Panta talisque præstantior Machina, uti vivens sensitiva continens in se ipsa omnes alias subalternas inferiores vegetantes, simplices sensitivas nuncupatas, ut operandi, vegetandi, nutriendi, augendi, ideandi, firmandi organici ultimo altiori gradu perfecta: Fecit, ut omnia singula in illis contenta essent servata in hac nobili mole, sed perfecta indole, et Idea tam initiantis propagativa generatio-nis, quam fecunditatis, Motus extricantis, firmitudinis organicæ, vitalitatis, durationis, ac Motuum consequen-tium omnium salubrium, et occasione molesta capacium depravari; unde sit.

G N O M O N I

*Naturalibus Salubribus operandi Motibus in
qualibet Vivipara Machinæ correspondente
Molesta, Morbose Depravationes.*

I. **N**escit vivens perficere Motum intrinsecum si ne organo, sine succo alibili prægnante suis saporosis figuratis Ideis. Arida, exuga organa incapaces moveri: pari quoquè indole, et necessitate succorum sapore affectorum; Attionæ remota a Motu intrinseco, dum In, Ab, ex officinis, mediantibus catâlibus, et deferentibus ductibus propriis impulsivam elasticam motionem non possident. Naturalis Motus requirit in vivente Machina non solam organicam perfectam officiarum, carnarium, ac ductuum structuram, deferentiam succos alibiles, at etiam ultra requiri modulationem naturalem figurantem, saporizantem omnes alibiles succos in propria consona naturali elasticitate.

II. Læditor organum in Figura fracta, vel depravata, unde talis morbosus fit: Motus est organica pars optimè figurata, at si desit succus alibilis naturalis impulsione intrinsecam faciendo, tunc exuga reddita non salubriter.

ter operatur, continet Figuram aptam, et succos alibiles, si desit figuratio naturalis, tunc Motus non ducitur consonus. Si modulatio geometrica requisita, et saporizatio liquorum deficiat in machina ipsa majori copia, vel diminuta, ac elasticitate depravante nimis impulsione, morosa, inæquali, alioque defectu, tunc Motus quilibet intrinsecus naturalis, et consequens extrinsecus, tali depravatione lœditur, uti consequens semper Motus, Figuras, Sapore, et modulationem ipsorum.

III. Sensitivæ quæscunque organicæ moles in qualicunque Idea, et iadole sint, non dissimilem sequirunt ordinem, et exposcunt firma, et necessaria talia fundamenta ad perficiendos suos naturales omnes Motus: sufficit, ut sit vivens Machina, ut tanta requirat ex intrinseca sua vivipara struitura.

IV. Occasionales causæ, quæ nunquam depelli, et evitari valent a viventibus organicis, et quæ turbant naturales Motus sunt non paucæ molestantes quotidie, ac depravantes succos alibiles, Figuras, Sapore modulantes Machinam singulam, et lœdentes naturales Motus organicos in Machinis ipsis.

V. Elasticum primum fluidum corpus in Figura communicabili, impetum faciens universalem, quo necessitate præcisa naturali quælibet vivens Moles indiget, tam ordine suo, quam necessitate Motus cujuscunq; Elasticum Aerum est prima præcipua causa valens initiare, conservare durationem vitalem, Motumque tribuere cuicunque viventi, dummodù prauum non morosum, non ponderosum, cœnosum, non fuliginosum, non gravans, non alienis peregrinis, fœculentijs idæatum; non salinum, non mutiaticum, non fœtidum, non turbulentum, nimis levè, nimis æthereum; sed serenam, suave, mediocriter ductile, spoliatum, purum, lucidum, non alienis depravatum scabis, æquale, orientale, meridionale, delestante, reficiens, ac sua delestanti Idea elasticum Motum fovens, roborans, vivificans, elucidans omnes liquoros omnia-

MICROLOGIA METHODICA

uniques naturalia fluida deferenda per universales magnos et particulares medios, et parvos canales in ipsam viventem Machinam, singulas que exiles partes nutriendas conservandas, augendas dimensivam motum naturalem; immo sua elastica Ideam, et inde delatum aptum fieri, et esse ad expellendum quicquid vitiosum erit in Machina ipsa, de-purationis, et cibationis opus exercendo.

VI. Elastici est ducere Motum systolicum, et diastolicum in omni fluido contento in viventi mole: ejusque manus extricare liquores, movere, et conservare fermentationes omnes naturales perficiendas, et etiam lassantes morbofas. Masticationem, et deglutitionem juvare, inspirationis, & respirationis primum tam necessarium manus exercere, vitalia organa vivificare, movere, alchализare, a facultatiis repurgare, systolica, et diastolica Motione. Muscularum subsistentiam, et adjacentium partium coadjuvare Motum, ac diaphragmati, pulmonum, singulorumque opus respirationis coadiuvantiam ex sua elastica vi roborare. Respirationis, mictionis constrictiois, expulsionis, suctionis, adhesionis, delationis, nutritivæ, fluidorum filtrativæ emunctorialis in omnes liquores deferre Motum, Ideam, modulationem. Chylificationem extricare, depurare, solvere cibaria comesta copulata in unam pultaceam massam in sede stomatica, successaque componentes exurinum universaliter in Ideam separiferam figuratam commutare: Rudes omnes liquores deferendos in Figuras, et Sopores naturales ipsius Machinae restaurare, vitalizare.

VII. Tanta necessaria, præcisa urgens est vis in elasticō moveande, elucidando, filerando, solvendo, mican- do in omnibus visceribus, officinis, partibus, liquoribus naturalibus singulis, ut secundo aere, cujusque continuo perenni semper successivo intuitu per organa quæcunque, canales, ductus, cavitates, officinas naturales, vitales, animales, ut minime possit vivens agere, exercere sua opera, tam prima, quam omoia consequentia, et conservantia vigalem Motum si removeatur elasticum.

Flui-

VIII. Fluidum quodlibet sit salivale , lymphaticum , subacidum , amarum , eterogeneum chylosum , sanguineum arteriale , venosum , uerneum , esurinum , et nutritiens quodlibet universale in Motu initiam habet , perficitur ex elastica virtute , qua remota , vel depravata singulum offenditur fluidum in sua erasi , veraque indole . Fluidat , movetur , et persicitur in sua structura antexo suo elastico ; ideoque qualisunque culpa in aereo fluido sistens , statim sua thoracica inspiratione pulmonali defertur omnibus succis decurrentibus in ipsa vivente Machina , et morbi universales , endemicā , vel epidemici : similiter depravatio universalis , vel individua contingit , et etiam corrigitur aeris luciditate , volatilitate , serenitate ex elastico ipso excellenti inspirato , quo omnes liquores vitiosi nutrientes vaporizati , et figurati corrigitur in morositate , vel celeritate , quia archealis elastica vis in quolibet fluido est continua , successiva , et semper ; ideoque maximè activa .

IX. Solida exuga qualibet organica Machina redditur vividior , robustior , lucidior , præstantior in suis operibus , & Motibus , dum tale elasticum inspirat suave , lucidum , parum , lominosum : aliter morosa , vappida tarda Ideaz , dum elestica inspiratio talis Ideaz fuerit ; sic hucorum universales positiones horizontales sub uno , alterove polo viventiar modulantur . Causa , quare bellica , ingeniosa , virtuosa , ignava , torpida sint viventii ex gradatione elasticis inspirati ..

X. Si igitur tanta in hujus elasticis est vis consona , vel diffonia Saporibus , & Figuriis modulatis in omni Machina organica ; sic erunt aquaria , & molesta delata in primo inspiratore elastico . Sufficit hujus sola venenosia inspiratio statim enecare vitalem viventem Machinam , ut extirpans primum Motum in fede principaliori cordiali , unde ultimum potissimum venenosum est in Figura , et Sapo柔 elastici valens statim occupare vitalem sedem , et pulmonalem , coagulando lumenosum fluidum , illudque totaliter reddere mo-

morosum; unde cessat Motus, cessat mobile, deficit lumen, removetur Motus, accidit Mors.

XI. Tantis affectionibus ducitur Machina vivens ex una concausa elastica lādendo Sapores Figuras, et naturales Motus, tantis modis, tantoque numero, quot sunt eorum modulationes, ipsorumque gradationes. Solè animi graves passiones valent statim deturpare, ac molestare Machinam ipsam, ut in gravi mæstitia, timore, sic iracundia, furore ex inspirato cogitationis motivo, quo elasticum defertur tam violens in agendo.

XII. Statuta naturali necessitate, et indole universali elastici perficientis, vel lādentis fluida quælibet multipliciter contenta in vivente Machina ex depravato sapore, et molesta Figura, idē reticenda non sunt communiores molestæ Ideationes intromissæ in elastico ipso. Si nimis leve, subtilissimum in sua Figura, nimisque volatilis, tunc forluuntur Sapores, & Figuræ sàt nimis, mediante sua intromissione; unde liquores omnes alibiles, leves, subtile, nimisque fluentes, & parum adhæsivi nutritiis partibus ex minorata Figura, & pungenti Sapore, & tunc non copulantur, nec annexuntur naturalia nutritiva fluida restaurandæ solidis partibus; imò solvendo ipsam solidam Machinam, roscidumque semisolidum, Figuratam, Saporosum; alibile illud reddit incapax annexionis, & tunc successiva gradata vivens Machina tabescit. Prodèt ex opposito talis subtilissima elastica inspiratio gradatim facta in depravatione, tenacis Figuræ vappidi, & torpentis Saporis.

XIII. Opposita hūc subtilissimæ elasticitati est morositas, ponderatio in Figuris fluidis in nutritivos liquores, licet retineant Figuram communicabilem, sèd non consonam nutritioni. Elasticum enim grave, cœnosum, motosum, crassum, turbidum, eterogeneum tales Ideas introietit continua successiva, & sempèr durante inspiratione in totam massam succorum nutrientium: qua intromissa Idea, omnes Figuræ duriores, morose, parum activitatis, sic etiam Sapores contenti in sinu ipsarum successive amittunt

G N O M O N I.

41

tum Motum nutritionis , cibrationis , luciditatis archealis , & incapaces sunt adhærere restaurandis singulis partibus Machinæ . Sic hydropes , atrophie , tumores , vasorum ob- structiones , ac officinarum præparantium vappiditas . In ta- li elasticæ culpa sit debilis cibratio , fragilis nutritio , gra- vis obstrutio , & nulla , vel valde diminuta Machina re- stauratio . Tandem .

XIV. Aliud genus activissimum est in elasticō , dūm venenosa Idea afficitur , vēl instantanea , vēl ad tempus gradata . Potest elasticum universale infici venenosa culpa in Figura , & Sapore ducibili : caret Sapore proprio elasticum universale . Ideatur occasione præcisa data , & multi- plicitatem elasticam retinet venenosam violentam , & in- instantaneam , qua offendit Machinas ipsas , uti est sua gra- datio : hinc scrutinio ducendæ impressiones morbosæ ex pro- catarticis causis in succos naturales ducibiles gradata modula- tione . Sit igitur .

G N O M O N II.

*Impressiones Morbosæ , Variæ , Distinctæ ex
Occasionalibus Molestijs Fluido cuilibet
Naturali Detatae Enucleantur.*

I. Primum locum occupat in salubri statu elasticæ Moles causa inspirationis , Motusque continuus semper successivè sic pariter elasticum ipsum primam occupat se- dem inter depravantes occasioneles causas procatarticas : uti primè juvans , conservans , restaurans , pariter primum uocens , destruens , depravans . Elasticæ vis tenet tñu suo balamicam vim universalem , pariterque primam veneno- sam polycrestam trucidantem ; idedque venenata instantanea Idea violenter agens in ipso aere reperitur , dūm valet arteriales omnes archeales succos celerrimè depravare , gra- vitè offendere , imprimendo instantanea sua inspiratione ve- nena-

F

MICROLOGIA METHODICA

142.

senata. Ideam sive suo contentam spiritibus, archedibus, vitalibus, illosque immobiles reddere remote volatili archeo. a. massa arteriali fluida impetum faciente in tota Machina; unde instantaneus obitus in vivente. Sic viperinum venenum tangens immediatè arteriam, ejusque succura contentum volatilem, & post breves morulas vivens, vel obit, vel ad minus syncopalibus morositatibus afficitur, ut non paucis vicibus observatum venit. Tali veneno Machina fluidorum archealium in origine, & sede volatilitatis deprivatur. Idealogia satis elucidat. Sic epistola clausa, & si

Idealog. gillata statim apertione, mediante elastico venoso, ipsum Icon. xvii. lectorem offendit, data inspiratione gravissime idealo per totum, elastico inspirato. Talis enim indoles venenosa destruit unius simul, suaque efficaci vi venenosa omnes Figuras, & naturales Sapores id ipso archeali arterioso fluido.

II. Intromissione: elastici venenosii in cordilem sedem, a qua initium tenet, ac suscipit omnis vitalis Motus, violenter, immediate destruit archeale lumen conservans Motum ipsum. Sic gradata modulatione intromissionis in hanc, vel aliam sedem, in hoc, vel aliud fluidum naturale; sic offensiva molesta impressio agit. Quæ gradationis, & intromissionis elastica offendentis vis, etiam in plantis, ceterisque sensitivis speciebus, & individuis gradatim ludit, offendit, destruit moles ipsas. In vermis, reptilibus, fluvialibus, quadrupedibus, & volatilibus eadem curva proportione, & modulatio offensivi. Moxus ergo causa offendentis elastici, quæ depravati fluidi, officinae, vel totalis Machina in prima fede vitali, stomatica, filtrativa, nervea animali, singulique succedancis in qualibet Machina vivente reportis. Sapores omnes, Figure singulariter reportæ in qualibet vivente mole tantum subjacent gradatis molestiis continet successivæ, & semper ex annoexo, & undique necessario elastico ipso.

III. Gradatio-elastica venenosa diversa variis temporibus graviter offendens, contingit in Machinis vegetativis, sensitivis, & humanis, ex multiplici occasionali causa officia-

tiente unum saporem, vel plures, paucas, vel multiplices Figuras, officinas, & consequentes Motus, quibus casibus, vel obitus Machinæ, aut longiores molestizæ ex diversitate ideati venenosæ elasticæ offendentis Sapores, officinas multas, vel magis necessarias, aliquem succum, vel multos, talem liquorem, & non alium. Sic in venenis Viperiorum offendit arteriales nervinos succos: Rabies canina salivalem liquorem, cui primo Figaræ, & Saporis adhæret: Tarantula veneficus morsæ, lympham, & neruum fluidum: Scorpionis, & aranearum, glandulosum; ergo geneum liquorem cutaneum. Tali distinctione, & varietate habita in fluidis offenditis, sic varie molestizæ morboisse, ita in elasticæ inspirato inspiratione suscepimus modicat, variat, distinguit morbos instantaneos, longos, graves, mediocres, uti alligatur illi fluido magis, cui inest similis figuratio; nam si reperiatur in fluido offenso Figura acuta, & tali Figura gaudeat venenosa inspirata indole elasticæ, tali succo antechitur molesta elasticitas; sic in Sapore depravante luditur succus ille primarij similis elasticæ offendentis inspiratione; licet per successivum circuitum, successivè reliqui succi naturales, ac semisolidæ, solidæ, quæ partes officiantur.

IV. Venena, elasticæque impressiones sequuntur vestigia, & indolem nutrientium succorum. Succi enim nutritientes sunt diversarum Figurarum, & Saporum, et in nutritione universalis unusquisque alibilis succus primario suo simili solido in Figura, et Sapore adhæret Motu perfectivo nutritionis, æqualitatis, et sociabilitatis, et sic conservatur Machina vivens, durat, nutritur, et restauratur, secundo vestigia oppositionis venenatae offensivæ, sic alligatur suo simili Saporis, et æuali Figuræ prima intromissione. Vermium producio totum hoc confirmat in Machinis viventibus, in quibus varietas, et multiplicatio diversarum partium parit diversas, multasque species verminosæ, uti sunt partes diverse ejusdem Machinæ, et hoc non alia causa, quia aliud sapor, et Figura in omnibus, diversa in ma-

sculis, distincta in glandulis; & in omniis eterogeneis fluidis ejusdem Machinae; Quod notatum venit in specie vegetativa, reptili, aquatili, terrestri, quadrupede, & humana tantis variis succis dotata, conservata, restaurata, firma, modulata ex necessitate Figuræ, & Saporis distincti; ut unusquisque liquor sua terminata naturali Figura, suoque Sapore in statu naturali gaudere debeat; Sat Ideologia, & Iconologia elucidant.

V. Ex omnibus occasionalibus officientibus procatarticis causis solum elasticum aereum universale est, ex quo omnes liquores, omnes Figuræ ipsorum, singulique Sapores offendit possunt eodem tempore, quia unusquisque succus Motum intrinsecum habet cum elastico, et ex elastico Motum proprium, quo Motu ducuntur in singulas varias operationes fermentativas, depurantes, nutritives, ultimoque firmantes Machinam; idèque morbi universales verni, æstivæ, autumnales, hyemales, ex modulatione elastici ipsius, ex annitemporis varietate, & diversa Idea; unde precisa causa talis universalis distinctionis est in elastico ipso diversimo de ideato, & quo inspirato universalem Motum, et polycrestam Ideam suscipiant omnes liquores cuiuslibet Machinae. Et sicuti fermentativus intrinsecus Motus est diversus in omnibus fluidis fermentativis naturalibus, sic etiam ipsis annexitur, morbosque redditur ipse elasticus Motus, qui uniformis, & difformis eodem tempore redditur: Scilicet uniformatur Motu fermentativo cuilibet, & difformis redditur respectu Machinae ipsius offensæ.

Morbi
gravis.

VI. In præsenti confirmare valet expressa, quadam mira notabili observatione circa inspirationem ipsius Elastici. Quidam vir quinquaginta annorum sua occupatione ambulans vespertinis horis se duxit in quamdam capponam, quam occupabant nonnulli ægri laborantes maligna febre, sed diversis symptomatibus afflicti. Tota nocte ibi moratus, & sociabilem comedionem habens, quorum agrotantum nonnulli erant propè morituri, uti accidit: Statim elastico foedato inspirato incidit post paucas horas in febrem malitiam.

gnam homotenam offendentem omnes regiones ; scilicet stomaticam crebro, & copiosissimo vomitu variorum succorum, ac Saporum ; yitalem continua perenni febre , ac diminutis viribus ; animalem sedem pari phrenitide , comate somnolento , ac stoliditate . In tanto agone quanta praesidia necessaria erant , & universalia cuique virtuoso methodico non levia erant : Et ecce quod mirum fuit post paucos dies prehenditur universalis icteritia usque ad ungues ipsas , croceas ipsas reddendo innumeris exentematis tota cutis variis coloribus , ac vomitu continuo , licet etiam propinato a virtuoso , narium haemorragia copiosissima ad plures libras , & per venas haemorrhoidales fluxus plurium librarium . Eodem quoque tempore sudore copioso universalis plusquam quindescim vicibus quotidie , & quod intellectu difficile est capere , per sedem alvinam copiosa omnium succorum variorum colorum ponderosa , & gravis evacuatio . In tantis afflictionibus , ac symptomatibus quid agendum esset , morbus tam universalis offendens omnes liquores , etiam nerveos in continuis convulsionibus . His auxiliis a methodico universaliter propinatis succurritur , scilicet successivè aqueum potum calidissimum tempore propinando , lacteas potiones ex seminibus peponum , ac jura ex vitellina carne tantum propinare pro cibo diurno continua repetitis sex vicibus quolibet die , quibus praesidiis , & vomitu in principio coadiuvato tulit tantas molestias , quamvis pluribus diebus in agone permansit , & judicatus post quadraginta dies , licet aridissimam linguam , & urinarium serum demonstraret ihericum , celerem , confusum , liquatum . Quod notandum venit omnes assidentes domestici , & vicini eodem morbo affecti fuerunt cum iisdem symptomatibus ex sola prava venenosa elastica inspiratione , ex quorum multitudine agrotantium non fermentum ex senili astate septuaginta , & ultra annorum tantam gravem molestiam obitum habuere ; omnes alii isdem praesidiis convalevere post trigesimum , & quadragesimum Qui mortui sunt non ferentes evacuationes ipsas non attingerunt septuagintam diem .

Scru-

VII. Scrutinio dignum venit pro confirmatione elastici universalis, quo depravato in hoc casu omnes liquores naturales depravati fuerunt. Lymphaticas excretiones sudoris, & urinarii sericopiosi : Succus saponarius biliosus universaliter ita : omnes stomatici tam leves, quam medioceres, & ponderosi copiosa multiplici varietate per alvinam sedem, sic arteriosus, ac venenosus liquor per enormes hemorrhrias ex naribus, & sede : Salivales succi, & decurrentes in ventriculum per enormem vomitum eterogeneum, sapientem diversos sapores mutantes acidus, scindentes, armatos, fætidos : quid dicet quisque, aut forsitan dubitare posset omnes liquores in his Machinis contentos depravatos non esse in singulo Sapore, & propria Figura? Dùm omnia emanatoria, cuiuslibet succi aperta faere per nares, vomitum, cutim, sudorem, defecctionem alvi, icteritiam, urinariam sedem, efflorescentias cutaneis, & foetida continua insensibili transpiratione universalis, quæ singula fieri nequibant sine universalis offendente, & deferente elasticu, tam in defectivo, quam in perfectivo statu. Quod negligendum non est in talibus agris, scilicet aeris serenitatem, luciditatem, & efficaciam; nam primus æger ductus fuit a cænoso aere, in quo contraxit morbum, & dum curatus venit, ductus in aeren serenum, lucidum, nobilem, sicuti castri ægrotantes domestici, & assidentes. In solo elasticu universalis possunt contrahi tantæ lesions, & morbosæ depravationes, sicuti corrections universales ex fluido aquo calido exhibito, & successivè propinato, ut tale capax omnium Saporum, & Figurarum Ideam corrigerre morbosam.

VIII. Sicuti omnes Motus sunt universales, tam perfectivi, intrinseci, & extrinseci orti ex elasticu aere in fluidis singulis, ac semisolidis, & solidis, quia omnis Motus ab, in, ex elasticu est : Pariter quoque universales etiam sunt, qui oriuntur varietate, afficiuntur multiplici Figura ex terrea mole. Omnes enī incomunicabiles Figuræ sunt, & circumscribuntur terrea indole, ut gradationis, & dexteritatis, ac durationis gradationem suscipiant a terrea idea : Sic

ve-

vegetantia omnia tantum exprimunt varietatem in Figuris, dico exprimunt finem terrae, canosum, fimosum, cretaceum, semilapillosum, vel montanum lapideum. Simplex enim nunquam est terrenus sinus, nam semper talibus diversis, & gradatis gaudet; sicut etiam ex horizontali gradatione polari resinet elasticum ipsum varietatem gradationis; unde duriores plantae montanae minus duræ herbae, & reliqua vegetantia terro-sinu affixa. Figurarum eam origo variaque durities, & stabilitas. Incommunicabilitas primaria, licet non omnimodè, & præcisè ex terro sinu, & sicuti terra mules est Figurarum Incommunicabilem origo, & fundamentum, ita quoque universales naturales Motus, & membrisi ex ipsis Figuris consonis, vel dissonis Machinæ, cui affixæ sunt.

IX.. Post Figuras insurgit Sapor originem dicens exigue, quod modulatpr, distinguuntur, varietatem patitur quoquæ universalē omnis Saporifera Idea, tam ordine naturali salubri, quam occasionali morbo molesto, ut sit universalis Motus in ipsis Saporibus. Pariterque Aqueum fluidum primum, quia universalē nutrimentum circè omnes Machinæ, cuius gradatio, distinctio varia ex annexione, & multiplicitate saluum oritur, fitque & est universale perfidium, ouerimentum in omnibus machinis, ac defedivum in omnibus morbis, uti sicut expressionem in Iconologia. Sunt Blasticum, Terreum, Ignorum, Aqueum universalissima primæ, quibus tribuitur ex primis fundamentis singulis Machinis Figura, Sapor, Motus, Nutritio, & ex quibus, cum quibus, & in eis erit, perficitur, vivit, durat Machina qualibet vivescere.

X.. Quæ de universalissimo Elasticò, Terreò, Ignor, & Aquo elucidata sunt inter causas propter articas, sucoedentes sunt reliqui naturales salubres, & morbos etiæ molestæ, sed partionares; latamè singulis ipsis semper annexa necessariò esse debent ipsa experimentia Motus, circumscriptio Item Figura, extircationem Saporis, & nutritionis efficaciam, quorum singulae Ideas, ut est unitio, vel separatio con-

concipiunt depravationes multas ex multiplici modulatione
habita perfectiva in naturalibus, & defectiva in morbos.

Hinc sequitur.

XI. Cibus, & potus int̄ causas procatarticas, quæ sedes duplices retinent, scilicet masticatoriam, & chylosam, in quibus suscipiunt triturationem, & fermentationes multas ordine, & gradatione Viventis Machinæ, nām volatiles, reptiles, & fluviatiles species masticatione carent, & eis concessa ingluvies prima sedes loco masticationis, ut multoties elucidatum. Quia in præsenti de perfecta Machina agitur, masticatione capaci, & perfecta chylificatione: idēque de cibariis, & comedilibus, ac potionibus dicendum est; quæ numerantur int̄ præcisæ causæ naturales conservantes, vel officientes in specie, modulatione, & fermentativo Motu.

XII. Omnis ciborum assumptio, & potus deglutitio servare debet Ideam naturalem similem, æqualemque non solum in Figura, & Sapore, sed ut sequatur naturalis Motus, debet esse, & servare indolem masticationis primæ, sive triturationis, tempus requisitum, et præcipuam quantam dimensionem. Potabilia, et cibaria peccare possunt diffinita litudine, inæqualitate, et dimensione, quæ omnia semper decuntur vitiosa ex Figura, & Sapore, licet quantitas copiosa non tangat talia vestigia; attamen, quæ ducunt similitudinem, & æqualitatem, ex ipsis dictur, & conservatur satubritas in Machina qualibet. Multa enim uno tempore conveniunt hyemali, non æstivo, vel æstivo, non hyemali, verno, vel autumnali: Nonnulla uno tempore ætatis, non alio, pubertate, non juventute, juventute, non senectute, meridianis horis, non nocturnis tempore vacuitatis, non repletionis stomatichæ.

XIII. Cibaria, & potabilia quantvis in Machina humana tam presentia, quam futura possibilia omnia sint capacia gustari a Machina humana, quia omnibus Figuris, & Saporibus subalternis infirmatum specierum gaudet. Non per hoc usualia, & sapientia Ideam setinalem, usum, & conser-

ſuetudinem, non ſapiant ſimilitudinem, & æqualitatem; quia ex his ſucceſſiva inita ſimilitudo, et æqualitas. Educationes cibaria ſat quotidie demonſtrant.

XIV. His modulatur perfecta potus, & cibi Ideatio ſalubris, & in oppofitum duxta Figuratio potationis, & cibi peccantium in Figura, Sapore ſimiſi, conſono, æquali, conſueto dimenſivo quanto, tempore ætatis, vel annitemporis fiunt moleſti, & morboſi Motus offendentes Machinam quamlibet gradatione horum unica, dupli, multipli, varia, quanta, dimenſiva, & reliquias. Tanto expreſſo circa cibum, & potum ſatis.

XV. Motus, & quies intèr cauſas procatarticas exprimuntur, in quibus parum morandum, quoniam nimis morosa quies in omnibus Machinis agitur propria occaſione elicitā. Quies enim ducit dum nimia erit fluidorum torpiditatem, nam non cribantur, non filtrantur perfectè per propria emunctoria, nec perficiuntur, ac apta redduntur propriis operibus, & nutritioni universali. Si nulla quies, & Motus celer, frequens, nimius agatur, etiā præternaturalis eſt, & laboriosus, ideoque laxat Machinam, nimisque ducibiles, minùsque adhæſivos ducit liquores naturales in machina ipſa, & multoties quod adhæſivum eſſe debet foras expellitur; undè gracilitas, imbecillitas, laxitas Viuentis Machinæ. Uterque ſervare debent naturalem geometricum ritum, typum, ut naturalis ſalubritas conſervari poffit in Machina, aliter morboſa: Quamvis Motus & quies ſint aliquando præſidia comendanda, & eligenda, in ſolvendis cœnōſis fluidis, illaque ducere dum filtrantur Motu ipſo per conſona emunctoria, uti in universali præſidio diaphoretico cutaneo fudoris expulfione: Sic quoque quies laſſitudinis veſtigia morat, nimiam fluxilitatem ſuccorum coercet; ac Machinam ipſam ex laſſitudine moleſtam pacare valet, jucunditer reficere, ac in ſtatū natūralem deducere.

XVI. Quæ ex Somno, & Vigilia deſumi ſolent moleſtiæ, potius uti ſymptomata ſunt numeranda, quām cau-

se ideantes figuratz , sapientaz , nām longitude , brevitas tam in vigilia , quām somno sunt depravationes ortaz ex fluido vitioso lādente Machinam animalem in suis officinis , ductibus , & canalibus Soporizando , vel Pungendo ; unde somnolentia , vel nimia vigilia sunt effectus , & producta , noti causaz , & producentia ; igitur largissimo ordine int̄r causas procatarticas reponenda .

XVII. Evacuationes , & repletiones sunt addictaz cibo , & potui , ex quibus repletio stomatica multoties , & ferre semp̄r ortum tenet . Evacuationes enim dūm morbos non causaz , s̄ed succedanei effectus symptomatici orti ex fermentationibus molestis fluidorum in Sapore , & Figura peccantium , & Motu fermentativum ducentium lāxivunt . Dūm enim repletiones fiunt , v̄l sunt cibariaz , & tūc numerantur in secunda causa potabili , & cibaria . Si verò erunt in officinis intrinsecis filtrantibus non primō preparantibus , & magnis , sed in canalibus , ductibus venosis , nerveis , glandulosis , aliisque successivè deferentibus , tūc repletiones numerantur ex morofitate fluidorum in Figura peccantium ex coenositate , visciditate , glutinositate adhæsiva int̄r morbos non causas , scilicet obstruktiones ; uti sunt infima , tubercula , tumores , ac graves internaz obstruktiones ; undē repletiones tales non causaz , s̄ed morbi numerantur , quibus succurritur à methodica disciplina consonis pr̄sidiis .

XVIII. Ultimum locum , licet primum retinere derent , vel admin̄s secundum , Animi Pathemata , sive passiones , quæ instantaneè valent mutare , ac ideare in similem indolem succos naturales , eosque ducere in maximam perniciem ex forti Motu impressionis consentientium omnium partium primum ortum pr̄bentium ex regione , & se de animali , ex qua concussio , depresso , latitia , hilaritas , timor , mætitia , & succedanea animi Pathemata , amor , odium , ira , concupiscentia , & subsequentes aliaz impressiones ideales , ex quibus fluida naturalia per unum consensum , successivam conpirationem ducuntur Motus jucundi , & sensationes delectabiles , uti tristes , & dolorosæ in oppositum : quo-

G N O M O N II.

quomodo fiat tristis , vel jucunda sensatio Icosologia docet .

XIX. Ideo enim in sede animali sit , & oritur sensatio omnis initiativa , quia doloris , & jucunditatis impressio sit , præcipue a seruo succo habente primam Ideam in officina animali , quamvis necessitent alia partes fluidæ , semifluidæ , & solidæ organicae . In tali sede diversa modulatione fluidorum naturalium , Saporum , & Figurarum in diversis modulatis organicis fiunt omnes sensationes , uti Visio , Olphaetus , Auditus , Loquela in organo Gustus , & Universalis sensatio Tactus , unde depravata tali sede animali in suis fluidis graviter , tunc Visio laeditur , mens ægrotat , Gustus , Olphaetus , Auditus , & sensatio universalis , tam jucunda , quam dolorosa afficiuntur . Hæc est præcisa causa , quarè Animi Pathemata valeant tam efficaciter , & instantanè quasi Motus naturales officere , vel nimis extricare ; quoniā extricantur , & ideantur Idea concepta impressionis primarij succi volatiles fluentes , indeque omnes successivæ in Machina contentæ impressiones naturales . His deducuntur molestæ Ideationes procatarticae in tota Machina vivente , & tot , tantæque fiunt morbosæ , defæctivæ impressiones in ea , quæ possunt fieri modulationes variæ , laudentes saporosæ , & Figurantes in singulis fluidis , simplicibus , & annexis , in qualibet officina , & organica parte molesta , vel molestau te in Figuratione , & Sapore .

XX. Id totum gradatim , unitim oriri potest a qualibet procatartica causa , sive elastica erit , vel cibaria potabilis motrix quiescens , & singula alia subsequens . Fieri potest in qualibet officina , sive chylosa , intestinali , pancreatico , lactea , Hepatica , cordiali , animali , ac subalternis singulis inferioribus multiplicibus in Machina ipsa organizatis , modulatis ideantibus , ideatis , & moventibus , tam in ordine perfectivo , quam defectivo .

XXI. Sunt etiam non minus tantæ , talesque impressiones morbosæ in succis Saporosis Figurantibus , uti primò

Ico-
nologia En-
cyclopaedia V.E-
tus II.

in salivali in propria officina Masticationis ; uti etiam in Stomathica chylificante in Duodena Intestinali separante , & cribrante , in pancreatica officina subacidi succi , in Fellea Cystica , Fellea Hepatica , concava , Saponaria , Biliofa ; uti in magnis truncis lymphaticus succus , & nervus animalis , ac cordiacli sede cordialis uterque ingrediens , & egrediens Motu diastolico , & Systolico . De quibus singulatim agendum venit .

XXII. In Machina ~~vente~~ omaes liquores Saporosi , & Figurantes retinent , conservantur , restaurantur , & restorationem habent in suis naturalibus Ideis ex omnibus , & singularis perficientibus , & modulantibus enarratis causis in statu salubri , et eadem proportione , immo majori , et multiplici in indole vitiosa , et morbosa ab iisdem cibariis potibus , elasticis , et singulis : Et quia unusquisque liquor , ac succus sua Figura , suoque Sapore , et succedaneo Motu in ordine naturali conservatur , indè est , quod in statu morbo diffonis Figuris , molestis Saporibus , et morbosa Motu scrutinio veniant .

G N O M O N III.

Quomodo Occasionales Procatarticae Causæ sunt
Aliquis Naturales , & eadem
Nonnullis Molestiæ .

I. Inter vegetantia locum habent etiam nonnullæ occasionales causæ , ut in eadem specie sint naturales perfectivæ , et etiam aliquali elasticæ delatione molestæ : sic sponte enascentes herbæ , et plantæ nonnullæ requirunt aerem clariorem , vel salinum , lucidumque ; ut sunt omnia herbacea , et plantifera montana , quæ enascuntur sponte , et propagantur naturaliter in omnibus montuosis altissimis summitatibus , et maritimis locis , et perficiuntur saxe o terreo sinu , et eadem vegetantia si deferantur in

cœ-

cœnosum terreum sinum, ægrotant, minimè crescent, non perficiuntur, nec ovulant, et si quidpiam fructifcent, vèl paruum, vèl insipidum. Sic si oppositus tribuatur situs a palustribus locis in montanos situs idem accidit, uti sàt notum apud agricolas, et agrestes.

II. Causam rationabilem si petas, statim elucidatam habes ex ipsis fundamentis, et seminalibus Ideis orientibus ex Figurarum, et Saporum modulatione. Species illæ vegetantium habentium pro eorum sede fundamentali Figuras strictas, duriusculas; Saporemque acutum, ac salinum, causa similitudinis, et æqualitatis, requirunt similem terreum sinum, æqualemque elasticitatem, quæ in montano sinu reperitur: ita quoquè herbacea, et plantifera flaccidiora, ac minus salina, cumdem similem requirunt terreum sinum, et aeream modulationem. Taliter gradantur: quo casu elasticum idem, et terreus sinus uno specifico herbaeo, et plantifero prodest, alterique nocet; unda causa procatarticae èadem prosunt, et officiant.

III. Intèr aquatiles, et maritimas moles piscium, et reptilium idem venit observandum, ut multæ species requirant aquas stagnentes, lacum, et nonnulli fluentia flumina: Non dissimili causa, et ordine in immensa maris Mole morant diversis in locis multiplices variæ piscium species, ut in uno sinu nonnullæ species, et aliæ tantum transverseuntèr alium proprium petant maritimum sinulum. Reptilia, serpentes diversarum specierum idem exigunt ex modulatione aquei fluidi, elasticí moveatis, & terrei foventis.

IV. Sensitiva animalia tam perfecta quadrapedum, quam volatilium eamdem modulationem exercent, elasticam, & terream petendo illam naturalem perficiéntem similem, æqualemque in Figura, & Sapore; ut uno loco bene se habeant, & altera molestè afficiantur, quamvis cibos, potus, neremque elasticum sufficienter habeant. Totum hoc Idealogia multis in locis iconizat.

V. Machina nobilissima humana retineas omnes Figuras,

ras , singulosque subalternos sapores huic subjacet magis modulationi , ut uno elastico inspirato bene valeat , & altero in morbum iaccidat : talibus cibis , talique potu bene valeat , & altero offendatur : Motu , vel quiete pinguescat , vigilia , & exercitio officiatur , & sic econtra , & in omnibus aliis procatarticis causis .

VI. Firmam , veram , rationabilem signabis causam præcisam , tam specificam , quam individuam ex Figuris , & Saporibus fundamentaliter allatam , & annexam cuilibet Machinæ Viventi individuæ . Sic enim ex eadem procatartica causa benè valent , et molestè ducuntur individua humana ex modulatione varia multiplici Figurarum , & Saporum . varias struendo Machinas individuas humanas diversas ; ut nonnulli homines hilares , alii moestii , ferrij , virtuosi , vel iracundi , tardi , morosi , ignavi , & tot , tantisque multiplicibus variis , diversisque modulationibus , & seminalibus Ideis fundati . Clara sine dubio rationabilis causa exprimens , elucidans totum hoc oriens , varieque ideans Machinas viventes diversimodè in causas , & ex causis procatarticis . Hinc dignam est singulatim de his agere . Sit itaque .

S P H Æ R A IV.

*Quibus Figuris , & Saporibus , & quomodo
conserventur Motus salubres , & inde
fiant Ledentes Morbos in Regione
Naturæ Humanae Machinae .*

E Lucidatis antecedenti Scrutinio procatarticis causis in genere Figurarum , & Saporum , & consequentium Motuum in Machinis universaliter , decens est in præsenti scrutinio agere qualia fluida , quales Figuras , & Sapores naturales exigant in statu salubri , & quales sint Figuræ , & Sapores officientes , morbosque ducentes machinæ ipsi humanae . Igitur .

G N O .

G N O M O N . I.

*Qui succi, qui Sapore, quæ Figuræ finit in
opere Salubri Chylifero Necessario
Stomatico Deferendi.*

I. **P**recedens Motus primus est in opere Masticationis cibalis, dictus Tractionis Motus, cui operi succurrant multæ non paucaæ partes, & succi nonnulli: at quasi simplex tale opus. Sunt primo in opere fractionis cibalis dentes incisivi, molares, & consequuntur ad perficendum tale opus tonsillæ, fauces, maxillæ cesophagus, palatum, glandulæ salivales, conglomeratæ, Uvarthonianæ dñe, Lingua, organum eterogeneum, vvula, Laryngis musculi deglutitioni necessarii. Ex liquoribus saliva, lymphæ partus, & aliæ annexæ organicæ partes.

II. Masticatio primum opus chylificationis in perfectis sensitivis, nam in avibus pipillatio, deglutitio, ingluvies: in piscibus, & reptilibus multis suatio, & deglutitio cibi, præter masticationem. Ipsa masticatio exigit non solum partes organicas modulatas in sua naturali Figura, ut molitoris opus exercere possit in fractione ciborum; at etiam requirit Motum voluntarium in perfectis nobilibus Machinis, & in aliis sensitivis famem, & appetentiam. In homine voluntarius, pungitivus stimulans Motus, qui celer, mediocris, morosus, uti comedentis stimulus, & voluptas; ut quoque sana mens, nam dormientes, fatui, delirio occupati, quibus mens non rectè constat, & quibus stimulans appetitus non adest, ii masticationem non agunt. Est Motus masticationis semiinternus, & semierternus exigens opus ab intra, & ab extra. Motus progressivus itinerantium, apertio palpebrarum in visione, loquela, & aliorum tangibilium respicientium tangibilem sensationem, & dimensionem, tantis subjet. Est electionis Motus, nam potest fieri

fieri celer; tardus, mediocris, uti placet masticantibus. Reliqui Motus subsequentes naturales sunt, hęc motionem habent a voluntate, sed ab universalī Machina, illisque Figuris, & Saporibus necessariis agunt, quibus firmatur, struitur, nutritur organica pars, officina, ductus, & emunctiorum quoquę.

III. Exigit masticatio suos succos, sive fluida, int̄ quę est saliva decurrentis a glandulis Uvarthonianis, a canalibus, & ductibus: cuius salivalis liquoris mistio cum cibis, & potibus initiat primas chylificationis Ideas. Aves, et omnia parentia Motu masticationis, etiam privantur glandulis salivalibus, quamvis sint aliquæ glandulæ in collo, et propè maxillas, at non salivant. Reliquiae ciborum commestorum dum morantur inter molares dentes, et non deglutiuntur, post alias horas semichylosæ observantur, uti diminutum opus chylificationis, sed initians, mediante salivali fluido. In avibus, et masticatione parentibus incipit chyliferus Motus in sede Inglunici, a qua detruditur in museulosum ventriculum: in his viventibus masticatione privatis supplet Ingluvies, et musculosus ventriculus. Motum triturationis, et salivalis succi initiantis chyliferam fermentationem. In masticantibus, nec ingluvies, neque musculosus ventriculus.

IV. Salivalis succi, sive liquoris prima indoles, et Idea in scrutinium ducenda venit, uti primum fluidum necessarium chylifero fermentanti mutui. Ipso enim lasso, variaque gradatione depravato, aut in Figura, aut in Sapore, vel sociabilis mistione in fracta masticata cibaria; sic quoquę initiat gradatim molestus chyliferus fermentativus Motus in ventriculari officina. Hinc est, quod.

V. Omnes partes organicæ necessariæ masticationi, sive cibali triturationi dum officiuntur, etiam lassunt int̄imam annexionem liquoris salivalis, tam in potabili, quam solido deglutiendo. Saliva enim ut tam necessarius liquor, est primario necessario ad excitandum extricantem Motum in cibariis, & potabilibus, ut deficiens, nimia copia,

de-

depravata Figura , alienus Sapor valeat singulatim ducere officientem Ideam Chylieræ eterogeneæ massæ .

VI. Est non parvi momenti , et saporizationis naturalis necessarius salivalis liquor , ut ejus plenus error non sit corrigendus a subsequentibus liquoribus , et officinis perficientibus chylierum opus : causam anatomicam si petas , in promptu habes , nám initians quisque fermentativus Motus dum offenditur , etiam laedit subsequentes perficientes Motus : Eset vitium in radicibus vegetantium , und è , & a quibus omnes alii Motus . Est primus ex salivali succo , unde ipsius depravatio dicit molestum , afficientem , initiantem Motum in chylieræ eterogenea modulatione . Hinc .

VII. Pluribus satisfacit muneribus naturalis Salivæ Sapor , et masticationi , et deglutitioni , chylificationi , & de purationi filtrativæ universalis lymphæ , cuius partus est , ut infræ . Subsalsus naturalis saliva sapor , sed non molestus in sua saporifera Idea , tenens , ac suscipiens impressionem propriam , illamque etiam tradens in polycrestam massam fluidorum à salibus contentis præcisè in lympha ipsa . Subamarus succus facilius in sibi similem transit amarum , difficulter in acidum : Sic acidus vicinior pontico , et austero , quam amaro causa similitudinis , et æqualitatis . Salia enim , ac sapores ex ipsis dependentes , licet retineant indolem saporiferam eterogeneam ; attamen omnis eterogenitas est gradata . Figurarum geometrica circumscripçio retinet talem distinctionem eterogeneæ gradationis circumscripçæ . Sic Figura circularis vicinior ovali , distantior quadratæ ; Pyramidalis vicinior acutæ , distantior circulari : ita singulæ Figuræ , ac Sapores gradantur in propinquitate , et distantia saporizationis .

VIII. Omnes enim Sapores , quia contenti in sinulis Figurarum naturalium , ideo sequuntur vestigia ipsarum ; sicuti una circumscripta Figura proximior uni , et distans ab altera , ita Sapores omnes contenti in suis consonis Figuris sequuntur ipsarum vestigia . Salivalis succus proximior salto , quia subsalsus , et ideo occasionali delata impressione

transit in salsum saporem, ex sua subsalsa saporifera Idea: Hinc morbi graves universales oriuntur quia ducentes depravationem a fluido universalis lymphatico in Machina Vidente, deferendo gravissimos destruentes morbos, uti hæmophis eos, tabidos, marasmoides, ariduras, universalēque tabescentiam. Fluidum salivale est ferè universalis delationis; hujus munus non solum universalem chylificationem initiat, sed omnes alios Sapores licet alienos capax est in suam indolem morbosam ducere: illosque nonnaturales depravare in Machina, causa intromissionis in chyliferam universalem massam, quæ est, & debet esse annona omnium perficiendorum, nutrientium, naturalium, restaurandorum liquorum.

IX. Ore, organa universalis, & sede gustante saporiferas impressiones innumeræ, variasque prodit, fluit saliva capax cujuscunque saporiferæ impressionis, sine qua organum universale gustans incapax redditur distinguere sapores ipsos, tam in statu salubri, quam morbo. Ipso enim salivali succo irrorante organum gustus, redditur universalis capacitas utrumque sapere, & distinguere. Tale mirabile organum tam in acumine lingue, quam trituratione masticationis, & motu deglutitionis distinguit omnes Figuras, singulosque naturales sapores, & etiam nonnaturales defectivos, tali efficacia, & gradatione saporifera, ut non solum praesentes delatos liquores, & cibos gustare valeat cum gradata distinctione, et varietate, at etiam omnes inumeros Sapores arte parandos, et modulandos in arte coquinaria, et qualicunque solutione, præparatione possibili in quacunque chymia, aliaque, sic in solidis, quam fluidis omnibus. Idea in organo gustante sequitur universalitatem lineæ deferendæ, et modulandæ in quamcunque Figuram præsentem, possibilem de novo, et modulandam. Eterogeneæ sedes capacissima cujuscunque saporiferæ impressionis variæ, distinctæ.

X. Quod maximè annotandum venit in salivali liquore scatente per ductus salivales; tam in statu salubri, quam mo-

molesto est ut quilibet Sapor sit unibilis, et de facto annexatur salivæ, nàm subacidus, salsus, amarus, ponticus, austerus, dulcis, pungens, suavis qualiscunque Sapor gradatus, amarissimus, subamarus, semidulcis, dulcis, dulcissimus, acidus, subacidus, acidissimus, salsus, sub-salsus, salissimus, & omnes alii tñm salubres, quàm morbosí quomodo cunque gradari actuales, & possibles, & qualicunque gradatione posita, omnes propria varietate, & distinctione in sede organica gustante obseruentur, & distinguntur; ut non valeat reperiri qualiscunque sapidus liquor qualicunque gradatione posita, ut ab organo irrorato in officina gustus non percipiatur.

XI. Quod magis inspiciendum est, scilicet nullimodè tale nobilissimum organum gustus fieri capax, minus capax, & capacissimum inumeros tantos varios gustare diversos succos, si hoc unum fluidum salivale totaliter denegetur, mediante quo gustat, eligit, sapit, distinguit, delectatur, nausea afficitur circa gustabilia, tñm cibaria, quám fluida. Tali gradatione salivalis fluidi habita inter ovipara, & vivipara nonnulla, datur, & consequitur gustatio. Aves tanta excellenti præstantissima salivatione privantur, & per consequens suavitate ciborum, quia salivali succo, quasi privantur, quamvis circa jugulares glandulas quidpiam salivalis liquoris transudet, & gratia deglutitionis tali liquore licet diminuto gaudent, qui in sedem ingluviei defertur ex immediatis glandulis tali officinæ affixis; ex quibus in sedem Ingluviei defluit, et quo in tali officina in avibus incipit diminuta chylification, ut post consonum aliquale tempus, à pipillatione cibali, redditur pipillatus cibus causa intromissi fluidi salivalis, aliqualiter mollis, & semi-fermentatus: licet sit lapillosum, granulatum, durus. Quibus deficit saliva, deest masticatio; ideoque vivipara masticantia quanta majori copia salivalis liquoris gaudent, sic etiam gradatim gustant diversos, & multiplices cibos. Ideoque gradata distinctio ciborum, & diversa in sensitivis, ut equina species tales, & non alios, sic bovina alios appetit,

tit, & nonnullos nauseat; uti pariter in speciebus, ovilla, caprina, & nobilioribus, tygris, leonina, camelii, elephanti &c.: uti gradatim copia, & sapore salivali afficiuntur, ita pariter cibaria varia, distincta, diversa, sed terminata in qualibet specie appetunt.

XII. Quia in humana specie sunt omnes sapore annexi, & modulati, & de facto modulari possunt omnes possibles, & copulari cum ipso salivali succo, quia salivalis liquor sapit Ideam universalem lymphæ matris suæ, cui annexuntur omnia possibilia salia, omnesque sapore, quia filia aquei primi fluidi capacissimum omnium Figurarum, & Saporum præsentium, et possibilium; idedque tali naturali structione ideali redditur salivale fluidum capacissimum, suscipiendo omnes Figuras, et Siores, singulasque modulationes innumeræ præsentes, et possibles ex quacunque arte: et hac causa præcisa, quia tale fluidum salivale copiosum, continuum, successivum sempèr in organum gustus fluit, fitque indè sempèr aptum ideari Saporibus naturalibus, suavibus, eterogeneis, et defectivis molestis. Reliqua vivipara quia carent perfecta Idea salivali, idè naufragant innumeram copiam Saporosorum ciborum multiplicium. In illis debilis origo, diminuta delatio, nulla, vel parva masticatio, quibus salivalis succus non satis occurrit; idedque non tantis innumeris morbis ex saliva ortis affliguntur. Hujus salivalis succi, quia longa, et nimis necessaria est observatio, decens est Gnomon particulare ducere.

G N O M O N II.

*Salivalis succi disceptatio perfectiva, & defectiva,
Morbosa, varia, distincta dicitur.*

I. **Q**uibus masticationis opus convenit, iis pariter salivalis sueci origo, Motus copia, saporizatio perfectiva, et defectiva advenit, ut

ut ipsius gradata modulatio saporosa producat morbos in defectivo genere, et perfectivos in statu salubri; sic canes rabie afficiuntur, et reliqua sensitiva gradatim masticatione dotata, quia saliva gaudent origine, delatione, gustabili comedione, nequè tantis Saporibus variis ideantur reliqui succi, sicuti imprimitur salivalis liquor: illis morbis distinctè affliguntur singulæ brutorum species, quibus salivalibus Saporibus affici facilius possunt; ideoque multiplicibus morbis molestantur omnes Viventes Machinæ sensitivæ, quibus concessus est salivalis succus origine, motu, gustu, variaque saporizatione, ac appetitu cibali pariter, et potabili. Canes insatiabili fame, canina dicta, torquentur, quia saliva volatili Sapore pungenti copiosa gaudent; indeque ossa appetunt suavitè, et satiantur, quia salivali volatili succo osseæ Moles dissoluuntur. Sunt ossa ipsa capacia dissolvi tali salino volatili liquore, ideoque magna masticatione dotantur, avidissimè devorant, deglutiunt, concoquunt. Hac pariter præcisa causa canina rabie torquentur; et quia salinus volatilis Sapor nimis idæat salivale caninum fluidum, ut omni levi data occasione furoris in maniacam rabiosam indolem transeant, et mordendo ducant demorsos in perniciosam rabiem: quorum exempla plures visa, et penes Auctores annotata reperiuntur, ut pluriæ annotatum: Sic feles non dissimili modo rabioso imprimunt venenosam salivam mordendo, unguibus scalpendo, uti reliquæ Viventes Machinæ gradatim usquè ad humanam speciem. Non prætereundæ viviperinæ, scorpionum, aranearum, reliqua rumque species dentibus, ac aculeo pungenti salivale succo venenoso mordendo afficere gradatim.

II. Non negligenda alia gravis causa, quarè canes id deferant, quoniàm ipsis concessa magna copia salivalis succi ob assiduum latratum. Nequeunt loqui, undè vociferatione alta, continua ducuntur, et omnes qui salivali copia carent, rauca, inæquali, et diminuta loquitione afficiuntur, uti balbutientibus evenit. Loquio continua frequens, vel vociferatio tribuitur ab organo, sed salivali copioso succo ducto,

Idealo-
gia Iconos.
XVII. nu.
XXI.

ducto , unde qui masticatione , deglutitione , chylificatione , & consequentibus Motibus gaudent , iis pariter concessum gradatim salivale fluidum . Canes igitur abundant saliva ob nimiam appetentiam ex illo duam , & quia saliva ipsa abundantanti gaudent ob famescitiam , & iram naturalem , quæ sat in tali specie viget , & propinquaque ex acuto falsiori , volatili , salivali fluido : Sic mordendo in furore saliva acutissima redditur in suo volatili Sapore , ut veluti gladiale venenum vulnere , venenet , torqueat . Legantur Authores , penes quos miranda reperiuntur circa caninam salivalem rabbiam ex copia ipsius fluidi volatilis . Reliqua enim venaena , uti viperinum , aranearum , scorpionum , bafonum , tarantulæ , fundantur in aliis liquoribus , sed sapientibus , & propinquis salivali liquori ex copula annexionis , sed non originis .

III. Omnia vivipara mordendo dum salivali succo dotata sunt , possunt deferre venenum , sive molestum vulnus , gradatione semper data in salivali liquore ex copia , ex Sapore , Figura , & Motu . Officit multipliciter , uti diversimodè molestè , & graviter ideatur .

IV. Tantus venenosus liquor , & sapor modulari potest in suis officinis glandulosis , salivalibus , ductibus , & delatione , ut occasione saporifera molesta in veneni indolem , sed præcipue rabiosam transeat ex expressa causa ; quia subsalsus volatilis Sapor facillime in volatilem salutem degenerat . Venenorum defectivæ ideationes non minùs ideantur in officinis , canalibus , & sede organica qualicunque , uti fit , & agitur fœcundationis opus ideale perfectivum in officinis virilibus , & verminationis in qualibet Vivente , vegetante , sensitivâ , aquatili , terrestri , reptili , & fungosa specie .

Ieronolog. Fœcundantur succi naturales ideatione verminosa ex Sapofol. ss. , & re , uti omnes naturales liquores in sede fœcunditatis prosequuntur : sic salivale fluidum dum occasione depravatur in suis cavitatibus , in Saporem sylvestrem , volatilem , tunc suscipit Ideam fœcundationis venosæ ; at sequitur vestigia suæ speciei , cuius saliva est . Sic saliva canis , sequitur Ideam ca-

caninam, felis, felinam, humanae humanem &c.

V. Ex his solvitur maximum dubium, quare venenosum organicum vivens gignat, & deferat operationes molestas rabidas illius species, a qua delatum est venenum, uti ex saliva canina, rabies: ex tarantula, Motus convulsivus saltans: ex vermium Figura, species organica: ex felina specie, felinus foetus. Succi depravati retinent aliqualem Ideam in Figura, & Sapore specifici, organici, cuius vestigia sequuntur, licet in defecatio Motu. Omnia, quae verminescunt, dant Figuram suæ speciei, cuius sunt, non exceptis etiam metallicis, in quibus depravatio verminosa, vel aliena repræsentat suam dimensionem metallicam.

Iconol.
fol. 114.

VI. Licet cæteri liquores naturales non tam frequenter in Machina humana possint sapere venenatam impressionem, attamen non excluduntur a tali depravatione: Saliva suo sapore, suaque Figura, quia unibilis cuique fluido, potest concipere multas, variisque impressiones; sed primo primam illam concipit, quæ a sede sua propria, & officina glandulosa oritur; ideoque in quocunque organo, cui adhaerent glandulæ, possunt advenire morbi salivales, uti Struma, Odontalgia, Raucedo, Ancina, Parotydes, Tumores varii glandulosi. In demorsis a cane rabido, ideo dum rabie corripiuntur, iis tumescunt glandulæ salivales, tumescit lingua, maximè continuo affluit saliva Ptylismum sapiens ex copioso continuo salivali liquore defluente. Vasa, sive ductus sublingua, salivantes continuo deferunt salivæ copiam, ut in organo lingua, & annexis partibus glandulosis fiat tumefactio ex molesto salivali succo degente in glandulosis officinis propriis; nam quilibet succus primario dat, suscipit, defert vestigia, Ideam, Motumque suæ naturalis sedis.

VII. Odontalgia, sive dentium molarium, et relinquorum dolor nequit initium habere, nisi ex vitiata saliva, cuius culpa moram suscipit, aliumque sylvestrem Saporem, et dissotonam Figuram; undè tumor, et dolor ex motu, molestaque Idea salivalis succi: sic in maxillis de-

depravatur, fitque tumefactio, dolorosa appositio ex salivali fluido depravato, unâ & cum annexis aliis fluidis stagnantibus lessis, ex quibus oriuntur Odontalgiae, Tumores exysipelata, Tubercula, caries dentium, cæterique.

Caries dentium. Caries enim in modulatione, & fabrica dentium agnoscit pro sua prima officina offensiva liquorem salivalem: Saliva, uti nutriens, fovens dentium radices ex occasionali, molesto sapore pervadit porositates, atquè ductulos radicales dentium, quos naturales canales, & ductus non ingreditur sanguis, quia pars & organum ossium, sed sola saliva, licet aliqualiter nervea subintrat, ex qua successiva salina intromissione exotica paulatim eroduntur dentes circâ radices, medium, et laterales partes, quæ annexæ sensitivis nervulis dant odontalgicam molestiam. Vitia erosionis in dentibus ex saliva depravata in sapore, & Figura pungenti præcipue deferuntur. Sic etiam tu facea molestia adherens dentibus omnibus, oritur ex ipso salivali succo; occasionali sapore depravato, crassæ salivæ, undè flavescent dentes, gelidæ impressiones, & tufaceaæ depravationes: ex his stupidiæ, gelatio dentium non tolerans alios sapores, imò dolorosa redditur ex fragosa acida saporizatione impressa in salivali liquore, unde stagnatio, mora, molesta saliva, & tufacea adhæsio in molari sede, dentium fabrica. Depravantur etiam alii succi consequentes, & liquores nutrientes ex ipsa antecedenti lessæ salivæ mora; cuius prima intromissio in molarem dentiferam strukturam, obstruendo canales ipsos deferentes denegat successivam consequentem intromissionem aliorum succorum nutrientium, licet levium, in sedem dentiferam, imò depravatio præcedens morosa ipsius acidæ salivæ, et tenacis Figuræ offendit subintrantes nutrientes sapores in suis Figuris, suaque annexione, ut valeant gradatim, successivè molares morbos, dentiumque sedes in omnibus operationibus deturpare. In singulis tumoribus, et tuberculis ipsorum datur, & primum est depravans fluvidum morosum salivale, successivos deferendos succos lœdendo.

VIII. Salivales glandulæ, conglomeratae diæ, in collo, per

& Stenoniani ductus parotydales circa aures, etiam salivali liquore satiantur, replentur, ac officinas ibidem agnoscunt. Læsa enim saliva in illis glandulis dicit strumosos tumores, sive scrophulos, ex denegata Figura salivæ, & acido facto sapore tumescente in colli glandulis; unde immobiles, & gradatim graves Tumores in tantas dimensiones, quantus numerus glandularum; uti in racemo vuarum tot dimensiones, quot acinorum numeri, licet sint eodem raeemo annexi. Sapor acidus in salivali succo gradatim acidior, crassus, austerus, austerior, crassior redditur, & sic Figura tenaci, & sapore molesto peccans, penetrans, morans, ingrediens glandulas officinas ipsas, defert strumosam tumescentiam gradatim ex occasionali causa de novo data, aut ex seminali hereditaria Idea delata; uti sunt omnes alii morbi universales, & individui delati a generantibus in suos Filios ex Idea seminali morbosa, quæ tempore suo operantur, offendunt, sicuti etiam in aliis inferioribus viventibus, etiam plantiferis defertur fructificatio defectiva seminalis tempore suo. Homo est universalissima machina continens in seculo suo singulas subjectas machinas cuiuscunque generis, & speciei, ideoque omnes imitatur Ideas subalternas, sapit omnia saporifera, appetit singula, gustat indifferenter, chylificat eodem ordine gradativo, nutritur omnibus vegetantibus plantiferis, & herbaceis, uti etiam aquatilibus, maritimis, reptilibus, volatilibus, quadrupedibus, maximeque singula imitando in sua modulatione, dicens vegetationem herbaceam, & plantiferam. Sic sensitivam omnigenericam, & specificam quallemcunque: Quia machina machinarum universalissima defens pulchritudinem, monstrositatem, salubritatem, & morborum omnium seriem, varietatem, & numerum. Aliæ machine inferiores, tali ordine, & Idea continent subalternas species, uti perfectior sensitiva moles suas inferiores usque ad vegetativam; & hac causa infima vegetans Machina ab omnibus continetur, sed non continet, quia infima in modulatione Figuræ, & saporis,

sis, & simplicis vegetationis, & nutritionis statu.

IX. Si stenonianos ductus occupaverit læsa saliva, tunc implentur, tumescunt in parotidales tumores. Sunt tales dicti ductus à primo Authore Stenone. Multoties durissimi, aliquando mediocres, nonnumquam molles, ut copia salivæ morosa. Figura, & sapor imprimunt salivalem liquorem. Visi parotidales tumores tam duri, ut acutissimo ferro carenti minimè cederent, & magnæ dimensionis: omnes, parotidales morosæ exdrescierenia orientes ex pravo exoticō sapore, vel alia forti occasionali causa, sunt durissimæ, magnæque duritie, ut ferro carenti resistant ex fœculento, cænoso sapo sapientis inspirato elasticō, sicut ex stagnantibus aquis cœnosi, fœculentis, similibusque causis turbantibus elasticī naturalem serenitatem; ut continua successiva inspiratione ideentur simili fœculenta, turpi Idea omnes liquores naturales, sed præcipue lympha ipsa, eamque ideando sapore sylvestri moroso, ut paulatim primam Ideam morositatis suscipiat saliva ipsa uti partus lymphæ; ideoque diversæ fermentationes, irregularesque febriles motus oriuntur, quia elestico ipso fœculento inspirato ex universalissimo motu, depravantur consequentes individuales motus cuiuslibet naturalis liquoris, tali, tantaque gradatione offensiva, uti Figuræ, & saporis proximitas, vel longitudo ab offendente morbosa Idea; ex qua tota lympha mater salivæ, & reliquorum succorum fluens sinus depravatur.

X. Quarè tumores strumosi, & parotidales præcipue ex salivali succo deferuntur, dubium est. Omnes enim morbi sapiunt Ideam naturalem salubrem: singulæ partes organicae, & simplices nutriuntur, restaurantur, augmentur, durant ex præcipuo proprio, consono liquore, sive alibili succo: Sic ossa ex osse succu, musculi ex musculo, glandulæ ex glanduloso alibili, & ita de quacunque alia parte simplici, vel organica. Talem etiam geometricam madulationem, & positionem idealem retinent succi omnes alibiles, ut sapor acidus nutriatur acido, restauretur, conservetur, augeatur suo consono æquali simili: Nerveus suo nervino, & alii natura-

G N O M O N II. 67

turales liquores qualescumque. Morbi sequuntur vestigium salubritatis, ut in Motu deferatur, & specificetur talis individuus morbus a suo simili: Sic tertiana, quartana, rachitis, colica, apoplexia, diabetica passio, omnesque morbi simplices; nam compositi agnoscunt multiplices varios saporiferos succos, depravatasque Figuras: qualis depravatio Figuræ, & Saporis, talis oritur morbi Idea.

XI. Sunt omnes morbi consequentes Ideam figurationis saporiferæ fluidi peccantis, partis offendæ, officinæ organicæ, elaborantis, & adhæsivæ nutritionis indolem; ideoque distinctè operantur, & varia deferuntur symptomata; non minus ac observantur tales modulationes, & varietates in venenis. Morbi omnes veneni indolem sapientes, gradatim offendunt, uti Figura, & sapor ideant motum venenosum; ut Saporis, & Figuræ indoles pariat Motum, & una simul intromissio, & ideatio fiat in fluido propinquiori offenso in copia, & saporizatione; sic etiùs, graviùs operationis motus morbosus etrucidans. Morbi omnes eamdem modulationem venenorū requirunt, ac sequuntur, & agnoscunt Saporis, & Figuræ indolem, copiam, modulationem. Elasticum universale movens sic operatur. Aereum quale est, talem exposcit illuminationem distinctam, unde activitas major, mediocris, parva Veris, Æstatis, Autumni, Hyemis. Hinc est diversitas agendi, & distinctio celeritatis, & motus successivi enecantis offensivi in singulis venenis, & etiàm fortissimum extricans in sapore, cui adhæret, suoque fluido annexitur, sive volatili cordiali archeali, cui adhærens instantaneus obitus accidit: sic gradatim minus volatili lymphatico, terreo, mediocri si annexatur, uti talis fluidi Idea saporifera, sedes, propinquitas cordiali fonti, depravatio, & indoles; ita, & ejus Motus molestus, morbosus oritur. His etiàm diversimodè modulatis, venenosus Motus offensivus operatur celeriter, mediocriter, tarde.

XII. Respiciunt non dissimili gradatione, & geometrica mensura morbi omnes Ideam propriam, ac specificationem officientem tenentes: tali mensura, & motu cele-

ri, mediocri, tardo. Saliva quia Filia lymphæ, sequitur vestigia matris ex seminali Idea, sinu servata; idèque strumæ, scrophulæ dictæ, longissimo tempore apparent, durant, offendunt, suppurantur, curantur. Motu sedis officinæ salivalis succi habentis sedem propriam glandulosam tardæ activitatis sèpè annuös Motus requirunt singulæ glandulosæ officinæ in earum operatione: obstrunctiones, tubercula, tumores, & similia enascuntur, & modulantur in glandulis, ideoque talis ideationis fiunt. Sapores semiactivi, pigritantes, morosi, quia in lympha otiantur, tales edunt Motus: copia effet sufficiens in salivali sede, ut continuo affluens per ductus salivales, etiam sua annona affluens effet apta degenerare graviter. Fons gravis, & delatio aqua nimis lata, magna non tam turgescit: parotydales, & strumosi tumores sequntur indolem succi salivalis, peccantis non tam citè fervescentis, uti filius lymphæ tardè extricantis; qui à sueco lymphatico, vel sapiente proximam Ideam lymphaticam nutritur, indiget elasticò movente volatili archeali, qui per ductus, & officinas arteriales, & non salivales ducitur. His omnibus enarratis in gradatione celeri, mediocri, & tarda patefiunt, ac deferuntur morbi sequentes necessitate naturali Ideam naturalium liquorum, organorum ex partium figurazione, Saporum extricatione in Motu defectivo.

XIII. Licitum sit huc deferre anatomica experta. Dùm obit Vivens qualiscunque generis, & speciei sit, sive plantiferæ, herbaceæ, reptilis, oviparae, fluvialis, maritimæ, volatilis, quadrupedis, humanae nobilissimæ. Obit tota machina, & partes omnes, tam fluidæ nutrientes, quam singulæ aliae fluentes succosæ deperdunt naturalem Motum, uti & solidæ etiam. Ex obitu habito incipit herba, planta, fructus, ovipara, vel vivipera species in tali individuo verminescere: sed quæ primò partes verminescunt? Forsan ossa, tendines, ligamenta, cartilagines, vel aliae dijuruscularæ partes? Certissime non, sed illæ, illique succi spirituosi, teneriores, qui in statu salubri vegetiores, luminosi

minosi erant , & nutriebant celerrimē , & sic gradatim ver-
minescunt in herbis , plantis , oviparis , & viviparis spe-
ciebus : durissimæ partes ossæ , quia tardius succis nutritivis
fruuntur , tardum etiā Motum habent extricantem defe-
ctivum , undè in tumoribus suppurandis , aliisque defectivis
Motibus tanta gradatio servatur , ut quæ primò suscipiunt
nutritionem , ac perfectivum Motum naturalem , ita etiā
in defectivo morbo talem gradationem sequuntur . Ferment-
tum enim , tam perfectivum , quam defectivum suscipit
Motum gradationis a Sapore taliter , & Figura gradato ;
ideoque quæ privantur omni prorsus Sapore , non solum sunt
inepta motui cuicunque fermentativo , sed incapacia nutri-
ri , & verminescere ; sic veri lapides , veræ perlæ , chry-
stallorum species , singulaque Sapore carentia nullum susci-
pere possunt , nèc habere ex se ipsis fermentativum extri-
cantem Motum . Sapor enim est fundamentum præcipuum
cum sua Figura Motus omnes ducere conservantes , ac de-
structivos deferre . Sapor ex salibus . Soluuntur salia in flui-
do , oriuntur Motus , sic gradati , tam perfectivi naturales ,
quam defectivi , morosi , celeres , mediocres , & tardi ,
uti sunt eorum fundamentales Sapores , volatiles , activi ,
crassi , morosi , vappidi nunquam . Igitur gradatio defe-
ctiva morborum , eorumque gradationes offensivæ geome-
tricam Ideam habent a Saporum , & Figurarum indole .

XIV. Non datur longus , cronicus morbus , mensa-
lis , annuus hæreditarius , uti podagricus , gallicus , arti-
cularis , vèl aliquis similis strumosus , cacheoticus , nisi da-
to succo occasionali molestio , & articulo , officina , & sede
sapiente crassam , tenacemque Figuram , ac Saporem mo-
rosè fermentantem . Longæ quartanæ , longissimi articu-
lorum tumores , cruciatus , causam in promptu anatomica-
cam habes in Figuris similibus , & Saporibus annexis . Nu-
tritio , Motus perfectivus in Machina Vivente , & morbus
qualiscunque molestus Motus defectivus eadem gradatione
gaudent in celeritate , mediocritate , & morositate perfe-
ctiva , naturali , defectiva , morbosa .

Quæ

XV. Quæ prīnia fluida prōducuntur: quæ p̄m̄e p̄t̄es generantur, fermentant, construuntur, & firmantur, illæ cædem subjacent sūmili verminationi: ipsæ enim p̄m̄um initiant Motum vitalem, & ipsæ quoque abolentur. Subtilissimum archeale est primum movens, ipsumque primariò offenditur, deperditur, undè incipiunt reliquæ p̄t̄es frigescere, & Motum successivè deperdere. Ultimo organicæ p̄t̄es moventur, & subtile jam omisso, relictis crassioribus ultimo Motum habentibus. Elasticum initiat in elasticò, & vitalis Motus in ipso desinit. Talis, tanta gradatio in morbis habetur: illi succi, illique Sapores primariò depravantur, qui subtiliores, ex causa facilitoris impressionis susceptivæ, tam ex Idea perfectiva, quam defectiva, & sic successivè reliqui gradatim. Ephemera febris in spiritali succo, Synoca in cruce, tertiana simplex in amaro, quartana in austero Sapore, sed gradatione quadam, tam in eterogenea copia Saporum, majori, vel minori annexione, undè longus, longior, brevis Motus febrilis fermentans in uno succo depravato, ac in alio; sed semp̄r multiplici Sapore peregrino intromisso in Machina fluitante naturali, aliter molestus Motus fieri nequit. Prævalet unus Sapor molestus, alteri, a quo determinatur specificatio morbifica; attamen debent esse alii annexi alieni subintrantes Sapore naturales, ipsosque lœdendo, uti occasionalis causa Motus febrilis: illis enim copulatis fervescere debent, & uti peregrini a massa naturali fluida spoliandi, ac depellendi. Dat signa intromisso, & ipsa febrilis duratio, declinatio, molestia, læsio longa, brevis, mediocris, simplex, suspiciosa, prava.

XVI. His copulantur morbosæ impressiones tumescētia tonsillarum, laryngis, Uvulae, faucium, muscularum, œsophagi, palati; Gignit salivalis liquor, intromittitur in singulas partes, & dum vitium contrahit in sua Figura, & annexo Sapore, paulatim depravat ipsas organicas partes suo salivali. Talem specificans morbum, qualis ejus depravatio saporosa pars organica affecta. Est primum initians flui-

fluidum, ideoque primam fert causam in Motu defectivo.

XVII. Tumores, inflammations anginosas, tubercula, tonsillarum, Uvulae, œsophagi morbos, erosiones, ulceræ pravæ, & singula deferunt his organis Motus salivales, licet multi culpent sanguinis copiam, vitium in his inflammationibus, tumoribus, ulceribus, raucedine, aliisque molestijs, quorum seriem non oportet deferre. Satis enim patet, ac anatomicè constat, nunquam oriri, & produci morbos omnes palati, faucium, & annexarum partium, nisi prius læso fluido ipsas partes continuo irrorante, ipsasque semper successivè ideando sua Figura, suoque Sapore. Salivale fluidum sua annexione, & continua intromissione dicit ipsas organicas partes in eamdem Ideam defœtivam, vel perfectivam, qua gaudet. Si casu occasionali deficeret saliva, vel nimis tenax, diminuta esset, statim omnes dictæ partes depravantur in earum masticationis opere, triturationis, deglutitionis, respirationis, loquutionis, spuitionis, & aliarum; uti si copiosior saliva erit, ita quoque omnes ipsæ organicæ partes nimis irrorantur, laxantur deferendo majorem copiam ad salivales ductus emunctoriales.

XVIII. Nulla impressio tumoris, cariei, odontalgiae, ancinosa, ulcerosa, & qualiscunque alia molestans partes annexas masticationi, & deglutitioni in earum opere, nisi primario sit læsa ipsa saliva successivè, continuò irrorans, defluens, modulans ipsas subjectas partes annexas. Fit inflammatio muscularum, tonsillarum, palati, uvulae, laryngis, quia ipse salivalis succus sua Figura redditur crassus, gravis, moribus, adipiscens alienum Saporem, sylvestrem, molestamque impressionem. Tali mora ipsi data, denegatur naturalis Motus delationis nutritivæ, & spuitionis aliis alilibus succis depurandis, & nutrientibus, unde consequenti mora non decurrunt naturaliter per ductus, & canales consonos; & talis universalis mora successiva fit omnium succorum decurrentium in dictas organicas partes faucium, tonsillarum, glandularum, œsophagi, aliarumque.

que. Dicitur sanguineus sèpè sèpiùs ancinosus tumor, quia talis succus eterogeneus sanguineus copiosior, & durior est salivà, & linguà: & quia in Figura tenacior, in dimensio- ne major, ideo prævalens aliis liquoribus appetet sanguineus tumor, sed sempè supponit priuam moram in salivali flui- do, & tuinc, ac multoties, spuria inflammatio in his par- tibus, dum copiosior saliva, & ejus mater defluens lympha: copia majori non filtratur, crassescit in Figura, qua deprava- tionē morosa, ac inepta, non fit motus debitus naturalis sa- livalis, ac paulatim successivè morizans in glandulis, mu- sculis, canalibus & ductibus parit lymphaticum tumorem, ex quo tarda fit suppuration, vel parva, vel nulla suffocans.

XIX. Impetigines, scabrities, & morbi omnes cute- nei faciei, temporalium partium oriri possunt nullimodè non læsa primò saliva, nam ex salivali sapore depravato ge- runtur morbi alii sequentes salivam ipsam; nam gustabilis sapor in cutaneis morbis sempè primarium tenet locum in lympha ipsa matre salivalis fluidi. Ut organica fabrica, glandulosa, musculosa, cartilaginosa, membranacea, ac va- ria erit, ita tali sapore ac Figura ideatur, nutritur in statu naturali, illoque morboso similiter offenditur. Saliva in glandulis, & lympha: sanguis in musculis, & eterogeneæ pat- tes suum abbe cedarium tenent in Figuris, & saporibus con- sonis in statu naturali sic, & quoquè in morboso.

XX. Consensus, & societas in succis, ac naturalibus fluidis dat vestigia, ac motum suis restaurandis, ac nutri- endis partibus, unde saporosi, ac Figurati liquores in parti- bus solidis non solum tenent locum motionis similis, at etiam gustatum; undè aliter sapit musculus, alium gustum præ- bet glandula, dissimilem cartilago, medulla, aliaque dis- similis solida pars. Talem gradationem morbosam, etiam fert quælibet pars, singulumque fluidum depravatum in ma- china vivente.

XXI. Effet hic scrutinio ducendum, quale discrimin- sit salivalis fluidi in omnibus viviparis Machinis, in quibus sit diminuta, mediocris, multa naturaliter capacitate sua, & qui-

quibus efficacioris activitatis insit. Aliquis exilis diminuta copia, volatilis usus, & actio. In omnibus viviparis diversæ speciei masticantibus adest salivalis succus officinam retinens, ejusque manet continuus usus varius, ut chylificantis initia efficacia sunt, mediocra, levia, aliaque, nam in masticantibus quamvis fiat celerior chylificatio, mediocris, morosa, tarda; attamen chyliferum munus, & opus non totaliter gradatur in motu chylificantे à salivali liquore fortis, acuto, solvente, volatili, sed ab aliis succis naturalibus etiam: ideoque non est annotanda validitas huic saliva tantum, at quoque aliis fluidis concurrentibus ad tale chyliferum opus.

XXII. Discrimen activitatis majoris, minoris, vel morosæ in hoc succo salivo est petendum ab oppositis molestiis, scilicet a morbis gravibus, & pertinaciis catrectionis. Si enim in qualicunque specie vivipara masticante, qui sunt morbi ex salivali succo, sint gravioris, gradatæ, ac minoris molestiæ, & depravationis; in illis efficacior liquor salinus, & gradatio majoris activitatis in Figura, & sapore assignanda, & statuenda in ipsa saliva activa, efficaci, mediocri. Omnes morbi sequuntur Ideam naturalium succorum, ut sat elucidatum, & Anatome docet.

XXIII. Rabies atrocissimus morbus ex saliva prolatus animalia illa, & vivipara contrahentia facilimè rabidum, morbum in sublimi gradatione, vivipara illa gaudent activiori saliva in Figura, & sapore acuto. Essent canes, qui majori aviditate maniaci in rabie ferè videntur, ut minimè possint naturales operationes ducere, & feraces ducendo morsus, lacerando iugulant irregulariter omnes. Sunt feles, sunt lupi, sunt tygres, & gradatim alia vivipara ex opposito, sive morbo rabioso patentia: magna, ac pertinaci fame, torquentur omnia animalia illa, quæ in rabiem facilius, ac celerius incident. Pugnit, stimulat torquendo graviter stimulo fortis ipsa saliva acuti saporis, & pungentis Figuræ. Tale fluidum sic impressum ideat, agit, torque viviparum ipsum in motu perfectivo appetitus; uti experientia docet

alia animalia avidissimè comedere etiam ossea, & sic celerissimam, tenent chilificationem, pariter quoque eundem motum activum exercent in defectivo rabioso statu. Gradatio salivale liquoris petenda geometricè ex Figura, sapore lædentis morbi oppositi.

XXIV. Nec in dubium ducendum est, scilicet salivalem solum succum capacem non esse tantam ferociam rabiosam deferre, nam venenati succi desumunt Ideam offendentis fermenti, in cuius sinu resident sapore, & Figure tales venenatz. Viperinum venenum secum fert destruivum celerem motum omnium naturalium succorum: sic venenum Tarantula morosam molestiam naturalium succorum, & cætera venena, succique morbos si gradatim operantur, uti est eorum fermentum saporiferum defectivum. Rabiei venenum secum dicit, aliosque depravat naturales fermentabiles succos, quibus annexitur motu naturali, & perfectiva, vel defectiva Idea; undè tanta, talisque desuntur gravitas, medioeritas, & minoritas activitatis in tali liquore in viviparis omnibus comedentibus, & salivali succodatis. Sunt nonnulla viventia, quæ masticationem tenent, at salivale fluidum non activum, sed depresso continent; & hæc diminuta rabie capiuntur, uti equina, & ovilla species. Tales species viviparorum, quamvis saliva gaudeant, atramen in depravatione salivalis succi non tam offendunt, sed in apostemata, & tubercula ducuntur. Sapor, Figura, motus etiam in oppositione morbosa imitantur aliquam geometricam proportionem naturalem.

G N O M O N III.

*Quæ Corrigere Idonea Dicuntur Salivalem.
Defectivam Ideam.*

I. **N**on est locus prætereundus in præsentî traducere ea præsidia, quæ penes anatomicos valent

lent corrigere depravatas Ideas salivales succi in sapore, & Figura multiplici, ac varia, etiam multos, diversisque salivales ducunt morbos. Corriguntur Figuræ in crassitie delatæ, dum subtiles deducuntur, & nimis tenues dimensione, in suum statum naturalem deferuntur: sic multipliciter eadem geometrica positione singuli salivales sylvestres sapore corrigendi veniunt. Eset in omnibus strumosis duris usus gummatum, scilicet galbani, saliumque ammonicalium, camphoræ, lubricorum terrestrium, theriacæ, aliorumq; dissolventium attenuativum crassas saliva Figuras: nec longum eset assumere circa Sapore in aciditate, ac auferitate peccantes, præsidiis uti corridentibus talem sylvestrem saporosam Ideam, & apud methodicos sunt auxilia emendantia saporifera illa, quæ successivè gradatim tales peregrinas Ideas opprimunt, corrigit, expellunt: sic lignum guajaci, iuniperi, salza parillæ, uisci quercini, eboris, aliaque similia pro continuo potu calido, & in comedione, ut acidum corrigitur, & auferum solvatur. Nec negligunt pulveres ovorum incubatorum, spongiaz maritimæ cinefactæ, ossis sepiæ, galangæ minoris, calami aromatici, & continua lotiones partibus affectis oleorum umbrialium ex lateribus, ex galbaneto, adipe viperino, & humano, addendo continuis potionibus ligneis stygium crudum in decoctione. Sunt enim stybiata, & mercurialia præstantiora præsidia, tam interna, quam externa ad depurandum salivale fluidum talibus saporibus depravatum, & in glandulosis officinis morosum. Hydragoga non negligenda per vices, uti magnesia, jalappa, salibusque stomachicis, & oleosis non neglectis penes anatomicos, & methodicos.

II. Copia excedens in saliva pectans duci valet duobus præcipue auxiliis apud ipsos methodicos, scilicet, eam diminuere Emeticis debitiss per salivales ductus, scilicet Ptyalismo ducendo talem exedentem copiam per canales, ductusque salivales: Fit unctione mercuriali, & mercurio præparato intus absunto, & masticatione radicis pyretri, nucis moscatæ, camphoræ orientalis: his præsidii attenuatur

Strumosa
corregio.

MICROLOGIA METHODICA

tur: Figura salivalis succi, corrigitur austerus sapor, & Idea mercuriali impressa in universo lymphatico fluido turgescit, impetumque suscipit, & per suos naturales sublinguales ductus erumpit, uti per sua naturalia emunctoria. Sic corrigitur, evacuatur, secernitur fluidum salivale peccans, & machina vivens solida a suis spoliatur molestiis.

III. Aliud praefidum ad minuendam copiam salivalis fluidi, praeter alvina hidragoga non infime, sed universalis notæ est cutanea diaphorasis. Sudor enim est polycrestum auxiliū, & emunctorum lymphatici copiosi, salivalis fluidi, quo enim auxilio spoliatur, & diminuitur copiosus iedens lymphaticus succus. Praefidia tutiora, & præstantiora ex lignis decuetionibus stibialis præcipue obtinentur. Tale enim lymphaticum, & salivale fluidum sic diminuitur, & universaliter corrigitur in dimentione copiosa molesta tam strumosa, tuberculosa, atrophia, cachexia, anasarca, podagra, artitride, ac ossium, articulorumque doloribus, tumoribus ex tali fluido lymphatico ortis copioso, molesto.

IV. Diminutæ copiæ lymphæ salivalis naturalis succurrere dicuntur illa singula, quæ matri suæ, sive origini auxiliū tribuunt, & naturalia illa similia, symbolitatem servantia aquo fluido; uti lactiferæ simplicia, quæ similitudinem tenent, ac æqualitatem aliqualem lymphatico fluido roscido irroranti Machinam universalem in nutritione polycresta singularam partium, & restauratione fluitantium, & continua nutritione solidarum. Sic aqueæ potiones, lactiferæ vippæ, caprinae, expressiones albæ amygdalarum dulcium, seminum quatuor majorum, potiones compositæ capocefali, subacidulæ compressiones, item efficaciora nimis observantur, iuscula levia ex tenella carne annexis radicibus, ac seminibus, ex similibus herbis. Sic lotiones tepidæ, tam lacteæ, quam præcedentes aqueæ universæ cuti, ac solidis partibus; quæ lotiones, qui potus, quales cibi similitudinem, æqualitatem figuræ, & Saporis tenent cum lymphatico succo naturali; ideoque continuo successivo usu, sed ordiae methodico annexi valent, & resita.

staurare vim habent in fluido ipsis simili, sed diminuto in copia & annexis.

V. Si Figura diffusa, crassa peccaverit saliva ipsa, & tenaci; tunc, nec erunt spernenda ea intus propinare longo tempore, & jejuno stomacho oleosas potionis roborantes, uti ex hispano cacao, cuius fructus parum torrefacti, contusi, ebulliuntur gradata aqua, quæ calida potio jejuno ventriculo debita dosi assumitur. Sic gummi ammoniacum, flores macis nux moscata, salsa amara, uti reobarbarum masticatione de- latum, super bibendo decoquum ligni juniperi, herbæ theæ cum parvis guttulis olei cinnamomi, anisorum, elixiris, quæ elixiria proprietatis circulata nunquam sunt negligenda, sicuti amara simplicia aptiora corrigere crassam Figuram tenacis salivalis succi; qua Figura crassa duriuscula initiant morositates in ductibus, grandulis, & officinis salivalibus, ex quibus initiant morbi omnes morosi, obstruentes, ac cacheticam universalem morborum seriem deferendq.

VI. Subtilior Figura nimis fluens in salivali liquore secum dicit acutum saporem sub multiplici, & diversa in-dole volatili archeali undique subtili amara speciei ammonicali saposifera sapienti, lacerantem acutam Figuram, ac dis-solventem impressionem, sive Ideam erosivam, cui gustui cor-respondet acuta incisio tam fluida quam solida, celerrifortis, erodens, ut plurimum feracissima in pectore thusis, subse- quens hæmophysis, tabes, aridura: quibus accidunt mole- flissima symptomata, indeque sèpè sèpìus obitus. Onnia, hac ex deferente incisiva Figura initiant ex lymphatico fluido. Prima vestigia cuiuscunque depravata, & diminuta nutritionis in tota Machina, tam fluida, quam solida sunt, & desmuntur ex subtiliori, acuta Figura, & consequente sapore lymphatici succi irroratis universaliter Machinam, quamcumque vitalem in singula parte, tam fluida, quam. Simplici solida, organica struente, omnibusque contentis, & continentibus referentibus, perficientibus Officinis.

VII. Oleosa naturalia, pinguia, adhaerentia, roscida, va-lent talem subtilem solventem Figuram acutam emendare, fran-

frangere , & unâ insimul socium saporem corrigere , suumque nimis celerem Motum fervescensem morizare . Hoc casu unico auxilio pluribus occurritur molestijs , scilicet acutas Figuras frangere , & Saporibus volatilibus officere . Præbent etiâ non inutile præsidium omnia ea assumentia aqua , & simbl depurantia , assumendo sylvestria salia pungentia , illaque ad emunctoria naturalia deferendo , eodemque auxilio suavem Ideam copulare peccanti fluido : validas potiones citius , ac radicitus ducendo , ut solvendo , & simul assumendo quod alienum est in fluido universali corrigerere . Omnia lactifera destillata caprina in Balneo Maris , elambico vitro tamèn , non aneo , sunt præcisè opportuna , reliquo magdaleone , sive caseoso corpore in fundo elambici ; in quo non solum observantur in numerâ variaz Figuræ , at etiâ multiplicitas annexionis , & saporiferæ Ideæ . Nemorescat suo pondere , & multiplicitate Figurarum caseosam indolem tenentium , qua moram retinere valent in omnibus officinis præparantibus , & perficientibus ; idèque tali magdaleone remoto laetiferum fluidum pervadit , nec morizat in officinis , & fluido corrigoendo annexatur ; alter non posset innocuè deferri in massam fluidam depurandam , salibusque alienis cribrandam ; ut infrâ largius ostendetur . Non denegandæ expressiones ex dulcibus amygdalis , sic quoque albæ potionex lapillis cancerorum fluvialium , & efficaces potus ex margaritis crudis orientalibus , decoctiones quoquè cancerorum fluvialium .

VIII. Hic tali scrutinio dato , prætereunda non est discussio de varietate , et multiplicitate præsidiorum in morbis simplicibus exarare , ac diversis Saporibus , multiplicibus Figuris , et copula data quid tertium componere , tam in fluida , quam in solida dimensione , eaque auxilia ducere in alienam saporiferam Ideam . Omnes enim sapore , licet naturales in ipsa eterogeneitate contrahunt Motum fermentationis , ex qua sapissime oritur tertius aliis Sapor , et Motus . Expressiones succorum ex diversis herbis , pressio uvarum , tartari vitriolati

præ-

preparatio , omniumque chymica præparatione delata
dant Motum , Saporem , ac fermentationem in tertium
consequente liquorem . Venosus , ac arteriosus liquor
fuscepit alium Saporem , aliumque Motum ex copula , et
multiplicitate Saporum ex chylo decurrentium , licet na-
turalium . Nec datur tertius Sapor , nisi ex eterogenea co-
pula saporifera : Sic Motus perfectivi generationis , et de-
fectivi verminationis , et purulentia fiant ; nam fermenta-
tio , tam sensibilis , quam insensibilis perfectiva , et defe-
ctiva , tam naturalis , quam morbosa semper exigit diver-
situdinem Saporum : Sic quoque multiplicitas diversorum Sa-
porum , et Figurarum in praesidiis Methodicis evenit , in
quorum multiplici eterogenea copula oritur Motus diver-
sus , non univocus ; unde refractio praesidii , vel alienus
Motus in auxiliante praesidio . Hinc semper attendenda est
simplicitas , et univocatio Saporum in methodico auxilian-
te praesidio . Fert talem copulam similitudo , et æqualitas
multorum , dum unus Sapor valeat a consimili augeri ; tam
in Figura , et Sapore , quam in subsequenti Motu . Ita
multiplicitas hydragoga , Kolagoga , emetica , diaphore-
tica , uretica , aliaque .

IX. Non cogitanda tamèn tanta symboleitas , & si-
militudo Saporifera intèr hydragoga , Kolidoca , nervina ,
cephalica , aliaque , ut nou possint intèr se Motum fer-
mentationis reagere ; nam vanum est , & nimis vacuum affere-
re non esse activa , sive non esse saporifera ; quoniam Sapor
dat Motum , dum eterogenus , cum hoc discrimine , ut
intèr similia fiat validior auctivus , intèr dissimilia tertius
Sapor , & aliquando destruetivus .

X. Assumentia auxilia alienos sapores tale dubium non
incurrunt ; nam omnia ea , quæ valent assumere sapores , eadem
ipsa destruant motum , infrigunt , deprimunt sapores , omnes ex
qualibet Idea ortos , ex quibus insurgit motus , tam perfectivus ,
quam defectivus , quæ a assumentia eva fortiora sunt , quanto
insipida erunt , omniaque sale privata ; sic primum locum
inter fluida est aqueum , quale hac causa assumit omnes sa-

pores, inter solida simplicissima lapidea, & singula ea, quæ naturaliter talia sunt, vel in officinis sic præparantur. Lapi-des cancrorum, matrisperlæ, ossea torrefacta perlæ, & innumeræ aliæ pulveres, tām naturales, quām artefactæ: In his enim multiplicitas multarum Figurarum, & salium pri-vatio, qua ablatione nullus motus, quia nullus sapor. His auxiliis assumitur quilibet sapor, tām simplex, quām eterogeneitate gaudens, undē assumptis saporibus alienis morosis, vèl decurrentibus in Machina vivente, infringitur motus molestus, offendens.

XI. Artefacta dant primum locum chalybeatis, sive mar-tialibus simplici aqua in pollinem redactis, & fiunt, uti stybia-ta auxilia universalia hæc assumentia, & illa ex stybio filtra-tia & corrigentia. Industria pharmocopea auferuntur ex cha-lybe omnes Figuræ naturales, omnesque multiplices sapore-s struenter ferream strictissimam ponderosam molem, dum in tenuissimum pollinem insipidum, fragilem dicitur. De-strutis enim omnibus Figuris, singulisque saporibus ærugi-nosis, sulphureis, fit, ut dulcedo martis avara evadet, & unâ insimul avida recuperare, atque de novo suscipere omnes ferreas Figuras, singulosque sulphureos, æruginosos sapores, quibus gaudebat; undē soliditas, pondorositas, ærugo oriebantur, oritur, quod fiat polycrestum deobstruens valens auxilium assu-mere omnes illcs sapores, singulasque Figuras, quibus cha-lybeata moles gaudebat, nam illis privata, dulcedo dici-tur, sive insipida, nudaque moles deobstruens, non quia ape-rit, sed quia assumit illum saporem, illasque Saporiferas Fi-guras defectivas occasionaliter intromissas in liquores natu-rales, quibus saporibus sylvestribus offenditur machina viyens ex austero, pontico, acidiori, torrido, salino, & innume-ris alijs saporibus in suis motibus perficientibus naturalibus necessariis, tām in saporibus, quām officinis, canalibus, nutritione, & cibratione emundatoria; & quia multis Figu-ris privatur similibus ac saporibus chalybeata moles in præ-paratione insipidæ dulcedint, ideoque apta redditur intus sumpta, sed simplex minime aliis copulata; & sic fit uni-ver-

versale præsidium hypocondriacum , deobstruens , sive assumens omnes Figuras , & sapores sylvestres offendentes , tam sapores quam Figuras naturales , & consequentes motus salubres in machina naturali vivente .

XII. Non indecens est in præsenti elucidare hoc dubium , quare in morbis hæmoptysicis fiat universalis depravatio saporifera ; & figurata in tota machina vivente , quæ gradatim tabescit ex ulcere pectoris , sed non exulcere capitatis , abdominis , pedis , brachii , & singularum aliarum partium , quæ licet ulcere afficiantur occasionaliter , licet gravi ; attamen longo tempore , vel raro , in tabem verget machina vivens : Si tamen ulcus in pectore fiat hæmoptysico ; gradatim incipit vitalis machina in tabem migrare . Causam habes anatomicam clarissimam ex polycresta Idea defectiva intromissa in elasticum universale , nam in præsidio corrigen- te universalis , corriguntur , omnes sapores , & consequenter perficiuntur naturales motus , & nutritiones restaurantes , & conservantes machinam viventem : non dissimili ordine , & causa in morbis hæmoptysicis pectoris , quia est sedes primæ inspirationi elasticæ , ex qua dependent omnes singuli motus perfectivi in machina ; hinc est quod ex ulcere pectoris inspiratum aereum elasticum imprimitur , & ideatur tali purulenta impressione , & sic inquinatum ducitur in universam machinam viventem depravando , et Ideam deferendo purulentam singulis nutrientibus , & naturalibus liquoribus , undè paulatim , gradatim , & successivè incipiunt tabescere omnes liquores nutrientes , & nutriendæ partes molles , mediocres , & ultimè duræ ex depravato elastico universaliter delato in omnes liquores consequentes , partes solidas , & motus restaurantes , & conservantes . Agitur destruñio machinæ universalis gradatim successiva , uti restauratio paulatina , successiva , continua ex universaliter methodico per- ficienti præsidio , uti mox dictum ex calybe .

XIII. Igitur assumentia , quia insipida , ideo multas vacuitates servant , variasque Figuras replendas retinent , & quod magis insipida sunt , eò fortius peregrinos

sylvestros Sapores assumendo corrigerem pōssunt, sive eorum Saporum fermentativum morbosum Motum removere; nam remoto extricante, ac fermentante impulsū in quacunque fluida machina, tunc expellitur sive corrigitur molestus, morbosus, offendens Motus, tali gradatione, qualis edit assumendi efficax Saporum remotio: sic varietas assumentium methodica sit ex multiplicitate correndorum Saporum, & assumentium varietate. Chalybeata, stybiata sunt polycresta, subsequentia lapillosa semplicia & praeципue illa aquas occupantia, uti partus primi universalissimi fluidi diluentis, & assumentis.

XIV. Tali causa omnes Saporosi liquores copulati quanto magis, & multiplicitate gaudent, tanto celerius Motum fermentativum concipiunt, nam a propria natura- li Idea alienantur, & tali copula diversos, multiplicesque ducunt Sapores in successivo fermentativo Motu; ex qua alienantur ac deturpantur, & naturales succi, primario lympha, saliva, succus amarus, subacidus liquor, ceteraque naturalia fluida, quorum eterogeneitas naturalis roborat Machinam viventem, & eorundem molestia Saporifera illam morbosam reddit. Purulentus dicitur sanguis polycrestus machinæ viventis liquor ex eterogeneitate multiplici saporifera aliena: statim enim fervescunt multiplices sapores varietate sua in strunctione figurata, & saporosa, licet naturali: morbos sequentes vestigia in Ideam non naturalem delati: Sic etiam alienantur, & fervescunt præsidia pharmaceutica, dum multiplicitate, & varietate saporifera copulantur; unde multoties, quod corrigi, & expelli debet, ut plurimum non corrigitur. Sola assumentia excipiuntur a tali molestia, quia insipida removent motum fermentativum, quo molestiam patitur machina vivens. Saporifera singula, quod magis saporosa, & quanto multiplicia annexa, & copulata, ed celerius fervescunt, & inæqualitatem fermentationis ducent.

XV. Non pauci suadentur, quod multa præsidia methodica uniri debeant in potionē, quia morbi corrigiendi causa

sa multipli sapore peccant, & varietate Figurarum; qua duci causa taliter operantur, dum afferunt obtineri non posse ab uno simplici saporoso auxilio, dum pluribus symptomatis occurendum venit, plurasque methodicas indicationes satisfacere necessarium venit.

XVI. Cui præciso forti peculiari dubio satisfacere dignum est. Omnes enim morborum causæ initiant à peculari, efficacique alieno sylvestro Sapore in sua Figura, & subsequenti Motu: reliqui consequentes succi sequuntur Ideam peculiaris causæ saporosæ, vel Figurate offendentis, sive in soluta unitate, vel mala compositione, ac discrasia saporosa. Acidior, V. G. succus ducens torpidum Motum, morositatem, tumorem, obstructionem, aliasque consequentes molestias, nisi corrigatur in sua saporosa molesta Idea, non possunt sequentes morbi corrigi, cui succurrunt simplici præsidio, quo corredo successiva consequentia symptomata evanescunt. Acidus Sapor corrigitur amaro, & amarus diluitur aquo, castigatur acido: Salsus emendatur insipido; & assumitur, infringitur aquo: cœteri Sapores tali methodico Motu emendantur. Negandum non est multos Sapores corrigi posse multipli methodo, aut assumente, aut diluente, vel expellente; at in his non est dissimilitudo, sive diversa saporifera impressio, sed naturalis eterogenea dissimilitudo, uti sunt Sapores multiplices eterogenei firmantes naturalem fluidam machinam. Diluentia aquæ tali universalis Idea gaudent.

XVII. Unicus eterogeneus liquor Sapore peccans, diversa defert symptomata, non causa originis saporiferæ molestantis, sed causa officinarum diversarum naturalium, V. G. acidior succus in stomacho dicit cardialgiam in intestini termina, cruaiatu, in renibus seti suppressionem ac nephritidem, in iliaca sede iliaceam pessimum: in glandulis conglobatis obstructionem, & duritatem, regione vitali difficultem anelitum, respirationis suppressionem, pleuritidem, ortopneam, aliosque morbos: animalem sedem ingrediens fert nervinam convulsionem, & consequentes motu depravatos epylepticos, ac apoplepticos, cœterosque Motus

Motus offendentes. Idem saporosus liquor per Motum circulationis illas petendo varias partes solidas, succosque multiplices, illas ideat, pungit, ac molestat in illo Motu, quo gaudet, & quo operatur officina, & Sapor in ea contentus; illasque proprias operationes offendens, quibus gaudet, movetur officina, & fervescens in eo succus, unde diversa symptomata eveniunt ex unico depravato saporoso succo, multas, variasque officinas ingrediens, & petens.

XVIII. His anatomicè positis: si idem molestus succus simplici corrigatur præsidio, statim cessant, ac leviora fiunt consequentia symptomata, undè correctio unius præcisæ causæ est omnium consequentium expulsio. Peculiaris saporoso molesto Sapore, uti viperino, & venenosò gravi, destruitur Motus in Machina vivente. Sic eodem methodo simplici peculiari Sapore corrigitur vitiosus succus.

XIX. Uaria præsidia permittenda sunt, sèd innoxia, minimèque fermentativum Motum intèr se ipsa suscipientia & dum ducentia sunt, non copulatim, sed unum post aliud ne diffono sapore, & inæquali Figura quid tertium Motu fermentativo deferant; sic præclarum observandum præceptum a juvantibus, & nocentibus præcipua indicatio desumenta ex multitudine præsidiorum, sèd non copulata, sed successiva simplici modulatione, qua desumitur juvamen, vel molestum, vel neutrum præsidiorum.

XX. Decenti, & rationabili causa digressi sumus a salivali succo corrigendo penes methodicos, dum in rabiem descendit. Pertinax culpa, diraque molestia graviter offendens corpora, & viviparas machinas in salivali succo inspi-

Rabiei citur, dum rabisum trucidans venenum demorsos affligit, ac vespigia caninam Ideam in latrando, mordendo, & ferè maniaco Motu origenda. trucidantur demorsi ex volatili salino pungente, dissolvente sapore, quo alii socii naturales succi, & præcipue lympha, nerveisque liquor alienatur; ut visi sint non pauci rabbie detenti continuo sputo, sive pthysalismo affici, lingua nimis tumida extra labia exorrecta, ponderosa dimensione, & successivo sputo molestari. Totus lymphaticus liquor, quia

quia pater salivæ depravatur in rabie, & veluti mercuriali Idea impressus undique decurrit, & præcipue sua petendo emunctoria sive ductus salivales, horridum dicit morbum: depravat omnes liquores sua copula, & universali gyremate.

XXI. Tempus longum usque ad quadraginta dies, aliquando breve, vel mediocre dans fermentationis venosæ Motum, uti sunt reliqui fermentativi Motus frebiles, venenosæ, periodici præbentes talem varietatem extricationis ex copia fervescens liquoris molesti, uti Saporis activitas, subiecti patientis suscepit, & partis depravatae modulationis, nobilitas, activitas, atque varia regio, sive virilis, puerilis, senilis, fœminea, musculosa, membranosa, vel in fluido recurrente venoso, arterioso, lymphatico, alioque; non neglecta temporis distinctione verna, aestiva efficaciter, minus efficaci autumnali, morosa hyemali: sic locorum varietas, uti maritima, palustris, cœnosa, subtilis, nimis elastica, montana, meridionalis, australis, orientalis, & occasus. Gradatim enim ex his modulationibus venenosum rabidum virus agnoscit motum fermentativum in salivali liquore; ideoque rabie correpti percipiunt dolorem in abdomine cardiacum, ex truncis majoribus, ex lymphæ origine, ac intromissione in lymphaticos ductus consequentes, & intromissi in universam Machinam fluidorum. Talis fluidi lymphatici copiosa annona in regione naturali, & sua origine suscipiens venenosam caninam indolem effervescit, unde cardialgia, indeque delatus in consequentem salivalem succum, suam pendit Ideam ptyalisini per salivales sublinguales ductus, & explectione, ac turgescentia nimia, tam organum linguæ, quam annexæ partes tumescunt ex Figura morosa intromissa in saliva, & aliena à propria naturali indole, talique distinctione, qualis reperitur in demorsa Machina vivente ex multiplicitate, & varia modulatione expressorum.

XXII. Dum succus salivalis non est naturaliter dicens ex rabiosa Idea, tunc gradationis tempore, & intercap-

capedinis distinctione : non exhibitis praefidiis ultimò Ideam naturalem in lympha , & tota Machina destruit . Saniosus , ac purulentus redditus sanguis , nunquam in pristinam naturalem Ideam regreditur : Sic ultimò quilibet succus veneno afficitur , non dat inducias , neque permittit auxilia . Non datur regressus a privatione totali ideali ad pristinum statum : Si lignum , cera , aliudvè comburibile , & ignis pabulum , cinefacat , non regreditur in primam strucutram , nàm virescit quilibet succus , dùm capax est reductionis naturalis , sive Iedeæ seminalis . Omnia singula fluida , omnesque naturales liquores , dùm initiant suscipere alieas Figuras , ac molestos Sapores , corrigi possunt , & auxiliis defendi , dura fibra motrix solida , Saporesque , & Figuræ non sunt ultimò in lapsum delatae . Terminatio quædam ideatur non dissimili modo in semine fœcundo germinando , dum tinea non est totaliter destruta seminalis Idea in germine ipso ; tali etiàm ordine , ac similibus vestigiis gaudere debet quilibet succus naturalis , gradatim morbosus , & carie molesta ideatus , si tanta gradatione præditus sit , ut germinatio quædam vegetantium semen . Destructa ideali seminali Idea naturali in quolibet vegetante , sensitivo , fluido , fibra motrice , numquàm obtineri possibile est , nec Figura , neque Sapor & consequens vitalis Motus .

XXIII. Praefidia illa dicuntur apud methodicos in dupli siu reperta . Prima deducentia aqueam naturalem . Ideam diluentem , ac destruentem indolem , Ideamque insitam veneno salino mercuriali , ac volatili maniaco Sapori . Sunt penes illos aquæ nanufaris , sive ninfeæ , expressiones seminum frigidorum . Sunt affectiones efficaces ideantes naturalem lymphaticam Ideam , ac corrigitates caninum salinum venenum , uti ranarum flvialium carnes , & potionis albæ ex veris margaritis , & lapillis flvialium cancerorum . Hæc enim duplicatum auxilium ducunt , & corrigendo præstant , affumendo salinum venenum insipidis pulveribus , & destruendo salivam nimis volatilem acutam , pungentemque , spino sanæ Ideam , infringendo Saporem nimis acutum , ac diminutione subtilissimæ Figuræ molestæ in universali lymphatico suc-

co .

co. ac successivo defluente salivali fluido. Nemia volatilis acuta Figuratio, Saporis muriatica Idea in archeali fluido depravate intromissa. Ranarum expressus liquor quotidie præstans, uti cancerorum fluvialium pulvis, & potus sunt auxiliaria in utroque genere. Nec negligenda aqua umbriz dicta, ducens diluendo per uretica vasa lymphaticum depravatum succum. In his molestiiis numquam diaforetica, ob solutionem nimiam, novamque fermentationem, qua non spoliatur salivalls succus cibatione.

XXIV. Anginosi tumores, tonsillarum, Uvulae, laryngis, & sophagi, molarium, maxillarum, linguae, palati, annexarumque partium ex lympha, ac salivali succo nimis Figura crasso, & Sapore austero, tunc illa dilutione, & solutione Figuræ, ac correctione acidi, austeri Saporis, sunt penes rationem ducendi, etiam ac in suppurationem si ducantur: quæ obtineri possunt deglutitione, vel lotione fotus calidi, aquæ papaveris sylvestris, hysopi, cinnamomi, ac elixire per circulationem, non ultimum locum concedendum stybiatis aquis salsa parilla, & pulmonariæ. Salassatio, dum nimis turget suffocans tumor rationabiliter præcisè in mulieribus ex moratione Motus mensalis non negligenda, uti scarificatio cucurbitarum; præbendo Motum moroso detento fermento universali fluido, ac diminutione decurrentis fluidi in partem affectam, sed cautè, non negligenter solventibus graduatis unctionibus.

XXV. Adiuvanda suppuratione camphorinis, pinguedine viperino, spermate ceti, lumbricis contusis, adipe ursino, vulpino, ac omnibus i's unâ simûl roborantibus fibram carnosam, ac successivè solventibus, tali gradatione, tanquam copia, uti necessitat suppurationis Motus.

XXVI. Salivæ morbi apud claros Authores tribuuntur glandulis, uti officina ipsius salivalis fluidi, & universalis lymphæ. Glandulosa Machina est sedes, in quam defluit lympha, ex qua nutritur, ac roboratur: hac causa omnes morbi glandulosi sunt ex lympha Figura, Sapore, & Motu peccante; nec ullus tumor, ullaque vitiosa glandulosa sedes

sedes curationem admittit , nisi correcto in Figura , Sapore , & Motu ipso lymphatico fluido . In Figura tenaci , vappido Sapore , moroso Motu consistit universalis molestus glandulosus affectus ; ideòque omnes , singulæque solidæ , glandulosæ partes morbo affici nequeunt , nisi tali fluido molesto reddito ; sic singulæ universim partes , quibus annexæ sunt glandulæ , tanto , talique morbo lymphatico afficiuntur : idèque sempè illis præsidii succurrenda quælibet morbosa , glandulosa pars , quæ corrigi valet in fluido lymphatico , at minus non admittit curationem , nisi illo lymphatico succo in Figura , Sapore , & Motu naturali deducto . Stybiata , mercurialia , omniaque diaphoretica , uti universalia præsidia in usum ducenda in correctione talis fluidi crassi , austeri , morosi succi , ut ad debita consona , & naturalia emunctoria , quod molestum est , habita cribatione ducatur . Universale molestans , universalibus indiget præsidii . Lympha tale fluidum est , tantis , talibusque indiget præsidii , dum polycresta , vitiosa dicitur . Tali methodo rationabili utendum venit in quolibet ideali peccante , singuloque lymphatica morbo in Machina vivente ; uti clariùs sequentes paginæ exprimere valent .

S P H Æ R A V.

Lymphatici Fluidi Ideationes Naturales , Figura , & Sapore quales , & offendentes Morbosæ .

LYMPHA semiuniversalis liquor in vivipara Machina , nutritione peragenda , irroratione , fermentatione , ac universalis nutritione exigente , talis præstantis , & necessariae Ideæ consideranda venit : alia fluida naturalia individua sunt , & structa in peculiari Idea : nisi lymphaticum fluidum præcedens sit irrorando ; ideando partes solidas restaurandas , sive nutriendas , reliqua inutilia redduntur . Tantæ , talisque præstantiae , ac præcisæ necessitatis lymphaticus succus

G N O M O N II. 89

cus est in vivente Machina , ut remota ipsa totaliter a vita-
li Machina , hæc nulla insufficiens , deficiens reddatur in
partium singularum nutritione , naturali Motu , singulisque
operationibus . Licet non tam brevi tempore vitalis restau-
ratio dificeret , at successiva eius deficientia tota Machina
vivens tabescit , tali gradatione , qualem præbet qualiscun-
que culpa in ipsa lymphæ successivè intromissa , ac singulis
organicis partibus . Ejus munus universale est occurrens ,
præstans , ideans liquores reliquos naturales decurrentes ,
eosque conservans in propria fluiditate , rosciditate , adhæ-
sione , fermentativo , nutritivo Motu continuo . Motus
fermentativi primo requirunt lympham ipsam continuo , ut
diminuta , morans , nimis crassa , tenuis , Sapore austera ,
acidior , amara , aliochè defectu affecta , tunc talis succe-
siva , offendens gradata molestia singulis fluidis tribuitur ,
solidisque organicis . Irroratio , dilutio , vivificatio in Noc-
fluido lymphatico universaliter residet , quo indiget vivens ,
salubris machina , quæ successivè conservatur in suis vitali-
bus , ac naturalibus Ideis , uti gradatur ipsa .

G N O M O N I.

*Lymphatici Succi Idea , Officina , Figura ,
Sapor , Motus .*

I. **N**aturalis propria impressio idealis est aquæ si-
milis , & crystalli Figuram repræsentans ,
limpidissima dum ducitur , & organico diverso , & multi-
plici defertur , assumit aliqualem Ideam illi similem . Offi-
cina debita effet in glandulis congregatis , & conglomeratis . Si erit à glandulis congregatis , tunc ipsa lymphæ
roscidior refunditur in venas ; at verò si deferatur a glan-
dulis conglomeratis , tunc in cavitates deponitur , uti la-
chrymales , nares , os , intestina tenuvia , æsophagum , la-
ryogem , aures , renes , receptaculum thoracicum , & alias

M

ca-

MICROLOGIA METHODICA

cavitates naturales. Ideam suscipit tunc à cavitatibus ipsis, & ex succo exactissime lucido fit lachrymalis, mucosa, salvinalis, urinaria, & præcipue, dum subintrat singulares officinas repræsentantes labyrinthicam structuram, in qua glandulosa serie jugularium glandularum, & labyrinthicis cavitatibus diversimode ideatur, & saporescit.

II. Idea lymphatici succi est luciditas crystallina tenuissima, nisi deprimitur ideatione aliorum succorum: representat limpidissimam aquam lucidam crystallinam, & emulans figuram aqueam purissimam. Figura vasorum, ac catalium ducentium lympham ipsam, tenet similem internam venarum; externam verò variam, sicuti sint partes organicæ, quibus annectuntur lymphatica vasa. Sunt valvulae mediae, ne refluat decurrens liquor: Sic magna, parva, mediocre capacitate ipsa gaudent, uti capacitates, & magnitudines organicæ sunt.

III. Omnibus magnis officinis annectuntur liquores, & vasa lymphatica, uti ingreditur ipsa lymphæ, v. g. hepatis, cystis felleæ sedem, perycardium, cor, pulmones, ureticam sedem, axillares, laryngis glandulas, maxillarum cavitatem, vel qualiscunque organi sedem: tunc ideatur tali impressione, at non suscipit talem Ideam, dum ingreditur genus venosum, quia tunc ideat, non ideatur, & est nobilissimum fluidum.

IV. Sapiunt duplarem originem lymphatici succi, vel enim ex visceribus, aut ex glandulis: ex glandulis duplicitè etiam: si ex conglobatis vasa sint lymphatica, tunc deferunt liquorē in cavitates venosas, sive in venas; at si ex conglomeratis oritur lymphæ, tunc defluit in naturales cavitates, uti oculares, nares, palatum, ductum thoracicum, a quibus lymphaticum succum deducere valent. Si ex visceribus, causa irrorationis nutritivæ est.

V. Sapor insipidus, sed non per hoc sapore caret, nam substantia tenuis perlucida splendens nutritiva est, nam chyli subtilior pars est tenuis roscida. Quæ verò tali Idea non gaudet per emunctionia defertur, vel uretica, vel per vasa

vasa cutanea insensibili transpiratione. Sapores acidi, austeri, salii, amaricantes, aliquique in lympha sunt semper morbos, de quibus infra dicendum.

VII. Motum circulationis tenet lympha ipsa cum sanguine, & proprium in suis lymphaticis ducibus, in quibus celerius turget. Subtilior in Figura est ipso sanguine; ideoque motum celeriore tenet, & præcipue in transpiratione insensibili, ac universalis irrotatione. Habet motum lympha ipsa universalem a circumferentia ad centrum, excretiones per tenes, sudores, & insensibilem transpirationem, ideoque nobiliorem, ac celeriore circulum, sive motum universalem tenet.

VIII. Idea, Figura, sapor, motus, officinæ lymphatici liquoris, sunt universales, & necessitate naturali gaudent in corpore vivente, & machinis vitalibus salubribus. Idea in lympha ipsa non dissimilis, nec alienæ indolis, scilicet lucida, tenuis, spirituosa: Lympha, in qua insipida impressio dicitur, semper dum salubris, tali Idea prægnans. Officinæ sunt vasa glandulosa congregata, & conglomerata: valvulae interpositæ vasorum æqualitatem internam habentes. Sapor sit insipidus non carens spirituoso alibili, sed capax luciditatis, & crystallinæ delationis. Non acidus, non morosus offendens, deprimens fluxilitatem & irrotationem universalem venosam, qua sit universaliter præcedens irratio in nutritione totius machinæ, cuius viae quali Idea deferuntur, tali etiam culpa gradativa depravatur nutritio consequens irrationem ipsam. Lympha enim fluens ex congregatis glandulis subintrat venosum genus, & totam irrorat sanguineam machinam, eam diluendo; sic omnes partes nutriendæ, ac restaurandæ ideantur, dum lympha sit fluida, tenuissima ex tota chyli massa: quo chylo nutritur debent partes omnes spermaticæ indigentes lympha spirituosa alibili, successiva delatione. Non austerus lymphaticus liquor, non amarus, non salinus, nec peregrino Sylvistro sapore talis liquor imprimi debet; nam tali Idea affectus, dicitur molestus. Licet enim lymphaticus succus, dum su-

sugitur à singulis organicis partibus in suos canales; V: G: ex hepate, cysti fellea, aliaque organica parte, ducatur in suos lymphaticos immediatè succos, tali, ac aliquali sapore insito, & prægnante naturaliter annexo; attamen talis tunc sapor in tali organica parte non est offensivus molestans, sed naturalis trhaens, & offendens, tunc quando ex lympha ducitur in talia organa. Sapor acidus, amarus, salitus, austerus, ac peregrinus dicitur, quando in suis glandulis; officinis, & vasis deponentibus in venosam annonam sex conglobatis talem deferendo saporem, illoque molesto prægnans, & etiam ex conglomeratis glandulis defertur in cavitates naturales omnes, scilicet lachrymales, mucosas, maxillares, jugulares, labyrinthicas, veluti in sinum infraftuosum circumscriptum.

VIII. Motus nobilior in lympha, quam in sanguine causa tenacitatis, luciditatis, universalis irrorationis nutritivæ in qualescumque partes machinæ viventis, tam rubras, quam spermaticas, tam musculosas, quam glandulosas, tam molles quam ossreas:qua universalitate ipse lymphaticus liquor gaudet, & tota machina uniuersique nutritur, ac restauratur. Per sua vasa defertur à centro ad circumferentiam, ab intrinseca machina ad omnes cutaneas glandulas, se exonerando in sudorem, quo cribantur, mediante ipsa lympha per cutaneos ductus, omnes fitrandi, spoliandi, depurandi succi molesti sistentes in omnibus vasis, canalibus, & ductibus totius machinæ, sinu suo servando omnes succos depurandos, ut machina ipsa salubritate gaudere possit, ac spoliari molestis impressionibus saporosis sistentibus in quolibet liquore naturali; ideoque dicitur cutis universale emundatorium mediante lympha totius viventis machinæ. Per alia particularia emundatoria suo motu spoliatur, ac cribatur, sive defertur lymphaticum fluidum, uti per Uretica vasa delatione expressiva urinarii seru translati ex lymphatico succu ex tota machina. Vasa, valvulas, ramificationes, originem, media, circumferentias, delationes talis fluidi, & huius liquoris tenet in celeriori motu, ac sanguis ipse, motu naturali, continuo

tinuo, successivo sua naturali tenuissima Figura; Unde fluxilior, celerior in motu lympha ipsa per suos ductus, & canales, licet subtile, ac tenues, habita æqualitate inter succum, deferentia vasa, & motum. Vitiosum fluidum lymphaticum redditur pressione, ligamine, alioque posito obice, ut inferius elucidabitur. Tali igitur ordine in lymphatico fluido consideranda veniunt singula, scilicet Idea, Figura, Sapor, Motus, Officina; uti in quolibet naturali succo, & organica parte singula viventis machinæ.

G N O M O N I I.

Idea Lymphatici Succi Vitio Affecti.

1. **S** Alubritate naturali maximè necessaria, Idea consona lymphatici succi multipliciter depravatur idealis Indoles lymphæ in vivipara machina vivente. Primo in iis, quæ consonam illam reddunt salubritati: quæ ipsa naturalia conservant solidam, fluidamque Ideam universalē: suntque Figura, Sapor, Motus, usus dependens ex ipsis constructibus Ideam ipsam salubrem naturalem conservantem machinam ipsam lymphæ. Figura debet esse eadem, quæ retinetur ab aquo subtili in vivente naturali: est rotunda, communicabilis fluens, cui annexuntur omnes Ideæ aquæ, scilicet assumendi, irrorandi, diluendi, ideoque universalissimum fluidum. In lymphatico vero succo aliud etiam considerandum venit, & est rosciditas nutritiva, nam lymphaticus succus detrahitur ex nobiliori subtilissima chylosa massa, undè lympha hoc Secundum retinet ultra Figuram aqueam: illud, quod maximè considerandum in lymphatico liquore, quod varius sit in omni specie, & hoc maximè nunquam prætereundum, in omni specie. Alius est enim lymphaticus liquor in homine, alias in leone, distinctus in equo, simia, cæterisque singulis speciebus; & præter species diversam variatam structionem, habet unaquæque ma-

machina vivens aliam etiam diversitatem in sua specie , sed individualem , sive particularem : Quæ multiplicitas inspicitur in qualibet specie , tam in Figura , quam motu , reliquisque consequentibus , tam ordine idealis fibrosa solidæ structiois , quam fluitantis liquoris , nam solida à fluidis nutriuntur , & conservantur in sua universalis varietate fluidorum struentium , nutrientium , conservantium . Quibus variis multiplicibus in eadem specie varie modulatis in specie V. G. humana , alii sunt mæsti , iracundi , hilares , onerosi , celeres , torpidi , nimis graves , ferri , cæterique orientes ex varietate Figurarum , indeque variae saporum impressiones , ex quibus idealis lympha dat , suscipitque saporousum in qualibet specie . Non omnino æqualis succus acidus , vèl amarus , vèl nutriendis universalis in omnibus individuis ejusdem speciei . Sic in eadem specie non omnino æqualis inter omnia individua idem succus , & series reliquorum naturalium fluidorum . Non enim eadem fluida chylosa elaborantur ex eodem cibo comesto ab homine , à leone , simia , cane , cæterisque , Lympha igitur servat illam aqueam Figuram , & terminatam à chylosa massa , ex qua oritur ; qua multiplicitate posita , tam specifica , quam individua chylosa , sic lymphaticum fluidum ultimatae ideatur in qualibet specie , & individuo . Hæc struunt veram , naturalemque Figuram , tam in lympha humana , quam reliquis speciebus , ac viviperis machinis variis , diversis , gradatione multiplici naturali anatomica data . Sudoris Figura rotunda cognoscitur , ac confirmatur ex emunctorio cutaneo , ac uretico sero ; quæ omnia multipliciter ideantur ex gradatione multiplici expressorum .

II. Sapor lymphæ licet insipidus à gustu , sed intrinsecus nexus non observatus à gustanti organo , quia tenuissimus nervinus etiam est , ut infra elucidandum erit . Fit diversimode talis in Idea saporifera lymphæ ex multiplici causa , quæ primò desumitur ex elasto universali lucido , lucidiori , salino volatili , archeali , cænoso , crasso , eterogeneo , aluminoso , aliisque impressionibus ideato à regione , & cœli sta-

statu, ac illuminatione. Elasticum enim annexitur facilius suo simili, & simplici fluido, quam eterogeno; ac illi, cui similis, vel propre æqualis sibi est vel in Figura, vel Sapore. Elastici Figura, quia sempèr in Motu est universalis, decurrit in labyrinthica ovali circumscriptione communicabili, & Figura sempèr est extricationis, & interna Idea naturaliter ita structa, ac modulata, quia elasticum ipsum tenue spirale in Figura facilitèr, & protinus suscipit Motum causa capacissimæ, & moventis intrinsecæ Figuræ. Est elasticum propinquius lymphatico liquori sua Figuratione: idèque impressiones elasticas primò recipit, & contrahit, sicuti perfectivas omnes Ideas, ac defectivas Motum vitalem depravantes. Ex chylifera indole Machinæ chylificantis suscipit ideatum etiām Saporem; quia lympha nutriens est fœtus chyliferi succi; sicuti illa, quæ solùm aquæ est ad emundatoria ducitur cutanea, & uretica, priùs data intromissione in conglobatas glandulas, vel in cavitates naturales ex conglomeratis etiām glandulis. Sapor in sinu Figuræ sempèr contentus ideatur ab ipsa simili dura, subtili, tenaci, fragili, singulaque. Simplex Sapor naturalis lymphæ licet insipiditatem sapiat, at universalis est exposcens simplicem nobilem propè rotundam Figuram, & uti est eius simplex saporifera Idea in statu naturali. Tot enim, tantisque capax est suscipere impressiones, quot, quantæque ferè possunt suscipi à primò universali aqueo fluido.

III. Motus, & usus circularis supra expressus à glandulis officinis, à visceribus in cavitates naturales. Usus est assumere aquam superabundantem, sive aqueum liquorē superabundantem à visceribus magnis, & deferre ad emundatoria cutanea, & uretica, irrorare sanguinem, illumque adhæsivum, lucidum, fluidum, alibilem, aptumque reddere nutritioni, partes spermaticas organicas alere una simili cum aliis succis æqualibus cuique nutriendo. Qui Motus, qui usus, quæ Figura, qui sapor reddunt naturalem lymphaticum succum ideatum in statu salubri.

IV. Depravatur, & offenditur lymphaticum fluidum
in

in sua Idea primariò à Figura , dùm à salubri , naturalique modulatione in qualibet specie , & individuali Machina reperiri debet . Peccat Figura in lymphatico succo , dum occisionali causa interna , vel externa , universalis , vèl particulari depravatur . Interna , vèl ab elastico universalis , vèl à particulari chyloso . Elastica enim depravans occisionalis causa sempèr efficax , quia universalis , nèc parcit anni temporis verno , aestivo , autumnali , vel hyemali . Acris culpa semper potissima causa universalissima dirigens , ac ideans singulos naturales liquores in omni Machina viventi cuiuslibet speciei , & individui ; sicut etiam tali efficacia universaliter depravans , & offendens Machinas ipsas , suosque naturales liquores , & præcipue lympham .

V. Crassa , dura , tenuis , acuta , subtilis redditur Figura lymphæ in suis ductibus , officinis , & glandulis ex elastico primariò inspirato subtili , volatili , crasso , cæno- so ; tunc subtilis gradatur in sua Figura , dùm simile inspiratur elasticum ; sic quoque dùm cænosum , alioque vitio ideatum inspiratur . Videntur habitantes in cœlo sereno lucidiori gaudere lymphatico succo perenni , ac salubri : sic dum cænosam habitationem tenent , lympha tenaci , ac crassa ideari . Varia elastici inspiratio modulat ac ideat , depravatque naturalem ideationem lymphatici succi in sua naturali Figura , undè deferuntur omnes morbi universales ex Idea ipsius lymphæ in elastico ideatæ . Suntque universales morbi ex elastico , quia præbent Motum universalem , cuique fluido , nèc ullus vitalis Motus in quolibet fluido in quacunque vivente Machina sine elastico extricante , move- nte . Comesta cibaria sunt particulares causæ depravantes lympham in Figura , scilicet in copia , Sapore , & Motu , quamvis ideata etiam ex elastico . Quia lympha nobilior ex subtiliori , lucidoque chylo , ideo cibaria ipsa immediatè confientia chylum ideant liquores ipsos naturales ; & quia ex ipso chylo desumunt restorationem Figuræ , & nutritivi Motus , ideoque , & ipsa lympha una insimul , quia nobilior succus , primariò ex ipsis reficitur , depravatur , ideatur :

tur: Ex qua Idea universalis lymphæ depravatae oriuntur etiam propè universales morbi hypochondriaci, atrophiarum, cachexiarum, hydropses, obstructions, venarum ruptiones ex crassa, tenui, morosa, salina, aliaque depravatae Figurae, impediente, morante naturalem Motum ipsius lymphæ: Sic macies, scorbutus, articulorum dolores, & non pauci morbi lymphatici, ex vitiola primariò Figura intromissa lymphatico fluido. Primò peccat Figura, inde Sapor, Mortus, usus, universalis Idea vitalis.

VI. Externa causa depravans Figuram lymphæ esset vasorum contorsio, ruptio, ligamen, rigor annitemporis arte appositus, vel aliter intromissus, sic æstuatio annitemporis vel artificialis ex data opera externa multiplici. His Figura lymphæ ex contusis vasis, & alienatis à sua modulatione naturali offenditur, unde distincti, varii, multiplices morbi initiant, fiunt, offendunt, extirpant multiplices viventes Machinas.

VII. Ideallymphatici succi semper afficitur Saporem vitiato ex consequenti causa, nam præcedens semper Figura est, cui annexitur: Agnoscit quilibet Sapor suam molestiam ex multiplici data occasione interna, & externa, uti elasticæ universalis offendente universaliter, ac chylosa impressione, fere etiam universalis nutritore, ac restaurante. Vestigia Figuræ modulant in sinu suo sequentes Sapores tali, tantaque gradata modulatione, uti sunt vitia ipsius Figuræ in lymphatico succu, singuloque alio, tali efficacia, tantoque impetu, sicuti est ejus varia modulatio offendens.

VIII. Sunt omnia succulenta, potabilia, cibaria singulariæ speciei, quæ proximè ideant Sapores omnes. Omnis Sapor naturalis originem firmam, continuam permanentem dicit à suo fundamento, tam in prima conceptione, & origine, quam à sequenti perficienda vivente Machina; idemque semper à fluido initiat, sicuti in obitu desinit ex abolitione fluidi initiantis, roscidi conservantis, restaurantis. Universale fluidum firmans Sapores naturales, alibiles, fecundantes, perficientes Ideam seminalē est chylosum, ex quo

quo omnis succus , omne alibile , quodlibet firmans Machinas ipsas . Fluidum chylosum ex cibariis , succulentis potabilibus in omni specie annexum elasticò , & chylifera Idea ; Sapor , Figura , Motus gradatus sumitur ex ipsis conficien- tibus chylum elasticò undique annexum . Spirituosa volati- lia , cœnosa , gravia , salsa , amara , acida , austera , dulcia , & undique alia Idea modulata erunt illa ; sic etiā chylus ex ipsis modulatam structuram in statu perfeclivo naturali salubriter extricatur , perficitur , ducitur , atque alibilis etrogenes adhæret cuique nutriendo tali Sapori , talique modulatione .

IX. Oppositum : eadem geometrica mensura , eodem que pondere Sapor quilibet homogeneè perficitur à suo aqua- li , similiqe , ut dulce à dulci , salsum à salso , amarum ab amaro , acidum ex acido , austero , austero & in Figura sociabili eadem modulatione subtile à subtili , cœnosum à cœnoso , grave à gravi , & in singula eadem mensura natu- raliter ducitur . Igitur chylosa massa in omni specie , dum ideatur saporosa naturaliter a suis consonis æqualibus cibariis , ac saporibus potabilibus succulentis assumptis , sic etiā eadē prorsū mensura oppositionis ex singula mutant sapores , redundante molestos depravantes , defectivos , quæ op- positæ sunt Ideæ saporosæ . Sunt hæc omnia , tam in ordine potabili , quam in cibario comedibili , non neglecto elasticò semper , causa universalis , in perfectivo , quam in defectivo statu . Sunt igitur ista proxima immediata prima fundamen- talia initiativa , ex quibus sapores offensivi præter naturales molesti fiunt . Inter succos naturales saporiferos , ordine tamen suo , præcipuum locum retinet lympha , uti singuli alii salu- bres naturales , conservantes machinam viventem . Quæ con- servant fluida naturalia salubria , sunt Figuræ , & Sapores , uti etiā quæ molestant machinas viventes ipsas , similia sunt , sed depravata .

X. Lympha in suo Sapore licet insipiditate quadam , gaudeat , gustabili sapore roboratur , offenditur , restauratur depravatur , salubris redditur , morbosca ducitur primario ex elasti-

elastico universalissimo inspirato, & favente, ac ab omnibus externis, internisque successivè delatis, assumptisque potibus, succulentis, comestis cibariis, singulisque capacibus ducere Ideas saporiferas in omnes liquores, non solùm in lympham, sed in omne fluidum gyremate præditum narrare, ac necessarium structioni, ac conservationi singulæ vitalis machinæ.

GNOMON III.

*Lymphatici Liquoris Depravationes in Figura
& Sapore, quales Morbos pariant in
Vivente Machina.*

I. Lymphatici succi descendentes a propria naturali Figura, & annexo sapore ordine suo, morbos lymphaticos permitunt in vivente mole. Sunt peccantes in his, & Motum salubrem, usumque consonum amittunt. Variant distinctione originis, partium, & intrinsecè modulationis causæ depravantis, tam interhæ, quam exterhæ. Omnes partes continentes, annexæ adjacentes, integrantes lymphatici succi Ideam, subjacent lymphaticis culpis, morbisque multiplicibus.

II. In multis prima occasio molestans à lymphatico succo desumitur, dum sua Figura, quoque sapore naturali depravatur: in aliis consequenda annexionis modulatio, & tunc ipsi lymphatico succo minus principaliter attribuendus est morbus, seu consequens, non oriens.

III. Describuntur morbi ex lympha peccanti, obstrugio glandularum in naturali regione, in qua originem sumit, & tunc illa fit, dum Figurâ lymphapeccat; scilicet crassa, tenaci, & consequenti sapore, tali Figura, acido, austero, pontico, moroso. Vasa non deferunt ex organis magnis, hepate, venis magnis, mesenterio, aliisque annexis, quia crassa in Figura, austera, acida in sapore; &

lunc morosa gradatim suscipit visciditatem, ac gelatinæ in-dolem torpidam, ac molestam; undè usus, & Motus ipsius pravus, non fluens naturaliter, non diluens, nec per natu- rales ductus, debitaque emunctoria fluens, ac gradatim tur-gens, tumescens in vasis glandulosis, organisque propriis, & annexis, tumorem morbosum dicens, organicas partes, & succos omnes ipsis uniendos, fermentativos, fluentes, naturales, & nutrientes offendens.

IV. Obstructio penes multos Auctores, sed non omnes dicta morborum omnium radix, & origo; at meliori scrutinio ana-tomico elucidanda ex molestia Figurarum, & Saporum mole-stantium primario ventriculi officinam in suis liquoribus esuri-nis, & præcipue ex lympha ipsa, ex ventriculo initiante prima-ria sede succorum naturalium, & officina universalis chyliferæ fermentationis; ex qua esurina appetentia, & contentorium solutionem introntuntur Figuræ, & sappores successive in totam massam chyliferam, singulosque liquores, & præci-pue in validiorem succum lymphaticum, uti irrorantem uni-versalem nutritionem in tota Machina, & eterogeneitate parium restaurandarum: Initiat prima molestia in Figuris, & saporibus in statu defectivo, tam in Figurarum modula-tione, ac Saporum extricatione. Qui succi initium sumunt ab ipsa sede primaria ventriculari depravationem Figurarum, & molestiam saporiferam: Qui enim liquores non exhibuntur, non perficiuntur naturaliter, & ex depravata filtratiope moram tenent in successivo Motu, ductibus, officinis, & ca-nalibus, tam lymphaticis, quam glandulosis, & annexis; unde gradatim obstruuntur in regione naturali, & morbus ob-structio fit ex præcedentibus molestijs succorum, & officina-rum in Figura, & Sapore, undè visciditas, glutinositas, obstructio vasorum, & annexa consequentia: quæ præcipue omnia fiunt ex lymphatico succo una cum aliis annexis, ex quibus naturalis usus, Motus, irratio, & restauratio deficit in Machina naturali. Obstructio igitur naturalium visce-rum, morbus est, non causa morbi, nisi aliorum consequen-tium ipsam.

V. Diversitate Figuræ, tenuis, subtilis, crassæ, tenacis, alioque defectu ideatæ, & ordine partium organicarum continentium, perficientium, deferentium, & officinarum, sicuti ex varietate Saporifera multiplici, sic etiam gradatim deferuntur varii morbi; ut Atrophia, Macies, Aridura, Hydrops, Scorbustus Leucophegnatia, Cachexia, strumatio, Tumores varii, noduli glandulosi, Hypochondriaca Affectio, universalis dicta, Cruciatus, & innumeri alii morbi sedem naturalem, indeque successivè Machinam universalem depravando.

VI. Non est in præsenti negligendum, quod lymphatici succi depresso, ac depravatio sit sæpè sæpius repræsentans Abecedarium modulationum: quæ modulatio sit talis innumeræ, sicut in dictionibus. Mater componens volumina multiplicia diversa non alia causa, nisi modulatione litterarum diversa; undè tantæ multiplices dictiones, tot magna numero diversa volumina ex sola Abecedaria multiplici diversa modulatione. Sic fiunt multiplices morositates ex Saporiibus, Figurisque diversis intromissis in eadem lymphæ, alioque succo, sive acido, austero, pontico, amaro, singuloque Sapore alieno, ac Figura tenui, crassa, tenaci, aliaque molestia affecta Pictura artefacta omnia; Sic Ideologia, & Iconologia docent.

VII. Non dissimili multiplici perfectiva, & defectiva modulatione gaudet, & afficitur lymphaticns succus, qui copulatus non paucis saporosis liquoribus naturalibus in statu salubri affert multos motus, & usus naturales: ita quoquè defectivus redditus ex sylvestri modulatione, & annexione saporosa, ac Figuratione, multipliciter offendit distinctione symptomatum ex tali annexione molesta, uti numerus, copula, Figurarum, & saporum lœdentium est numerosa, diminuta, simplex, modulata.

VIII. In Hypochondriaca affectione, scorbuto sunt numerosissima offensiva symptomata machinam viveantem, & totum id oritur ex multiplicitate diminuta, multiplici Figurarum, & saporum lœdentium Ideam saporiferam universalem

salem . In aliquibus hypocondriacis pauca sunt offendentia, in aliis plura , in nonnullis copiosa ex indole saporosa defensiva ; & totum hoc oritur in ipsis liquoribus saporosis , copiosis , mediis , ultimis ex copulata modulatione annexiva intromissa in fermentantes liquores , quorum sudoriferas molestas Ideas consequitur efficacia , usus , motus defectivus . Lympha in his principalem sedem , & molestum usum obtinet , quia ex ipsa irroratio universalis semper præcedens in qualicunque nutritione , singula parte , & eterogenea restauratione .

IX. Quod de lymphatico succo oritur , illud idem ducitur in salivalem liquorem , nam hic partus illius . Unio facta alijs liquoribus hoc totum affert . De succo esurino , subacido stomatico , dum alijs consonis fluidis connexo statuitur ita modulatus , etiam tantos multiplices parit morbos , quantæ erunt modulationes , & gradationes aliorum succorum peccantium in dimensione copiosa Figuræ , & saporiferæ Ideæ ; ex qua saporizatione fit effectiva , intensissima appetitus irritatio .

X. Primus morbus ex lympha considerandus est vapescientia ipsius , dum nimis aquea , fluens est ex delata occasione externa , & interna facta nimii potus , vel elastica longa inspiratione australi ideante lymphaticum undique insipidum succum , copia auctum non gradata , nec tolerante Machina vivente . Insipidum fit fermentum stomaticum , & chylosa massa consequens ex lymphatica simili Idea talem indolem , ac morbum adipiscitur .

XI. Consequentes molestias affert sapor nimis insipidus australi Idea impressus , ut fermentatio torpida in re gione naturali , deleto saline volatili , oriatur ; uti masticatio nimis morosa id ipsum ferè affert ; unde masticatio cinnamomi , cariophyllorum , nucis moscatæ , calami aromati ci , galangæ minoris , & potionis ex oleoso cacao , uti ad dissolvendam Figuram insipidi saporis effet masticatio reubarbari , nec ultrâ agendum penes methodicos peritos , & iuxta optimam anatomicam observationem . Talibus oleosis sto .

Aromaticis corrigitur insipidus sapor ut etiam mace vivificante lymphaticum succum, ac acuente ventriculi fermentum, ex quo initium sumit lymphatica vappiditas: insuper vegetantibus amaris corrigitur insipidum vappidum acuendo fermentum saponarium saporosum, quod primum corrigens Figuram crassam, vappidumque succum, at amara vegetantia semper annexa, atque irrorata oleosis vivificantibus, ac illuminantibus fermentum universale ventriculi esse debent: quo corrigitur vappiditas, ac flacciditates Figuræ, & saporis insipidi.

XII. consequitur vappiditatem lymphæ morositas offensiva motus naturalis; quæ morositas est partus morbosus Figuræ crassiunculæ, & saporis lymphatici minus decurrentis per suos canales in cavares, & officinas agentes: quæ morositas est successiva origo obstruentis lymphæ. Ex tali morositate Figuræ tenacis, & vappidi saporis deducitur paulatim successiva stagnatio, sive limositas lymphatica in glandulis congregatis ducentibus in venosum genus; vel in conglomeratis deferentibus in cavitates naturales, vel assumentibus superfluum aqueum à partibus magnis organicis, & officinis.

XIII. Obstructio gradata capax est, imò sempèr sua majoritate, mediocritate, & minoritate, ac ordine partium, quibus infidet deferre morbos multos gradatos, mediocres, graves, leves; attamen sempèr oritur à morositate in vasibus, glandulis, & cavitatibus. Simplex obstructio vasorum, quia supponit flacciditatem in sede naturali, ac lentorem. Lymphæ in Sapore, & crassitiem aliqualem in Figura, idèò indiget illis praesidiis penè virtuosos anatomicos: quæ praesidia corrigan Figuræ vitium, & Saporis lymphatici in levitatem; uti sunt omnia aromatica, salia stomachica, mirrata spiritosa, & vivificantia singula, tam sedem ventricularem, quam esurinos vappidos succos.

XIV. Post simplicem vasorum obstructionem insurgunt ex graviori obstructione, & lymphæ teuaci, alioque Sapore ideaata, morbi universales, uti Cachexia, Leucophlegmatio; in quibus morbis sapit lymphaticus liquet, non solùm indolem morosæ tenacis Figuræ, sed Saporem acidum coagul-

gulantem , ac austерitate firmantem : quibus molestiis sifit usus , morosus fit lymphæ Motus , & in his sempèr supponitur stomatichus succus chylificans , & aromatizans massam ipsam , depravatus , depresso ex tali succo infringente Figuram , & Saporem esurini universalis fermenti , quo perficitur , & ultimatur chylus ; undè oleosa roborantia , & solventia sunt in usu , post quorum auxilium præbere valent omnia singula solventia suavitèr , uti gummata ammoniaca , elixiria , salia amara , ac vegetantia , tam solutiva amara , quam oleosa , potus continuus ex torrefacto cacao , ac vegetantia solventia , uti & oleosa ex salsa parilla , cinnamomo , ligno junipero , sassafras . Omnia enim terrestrem Figuram solventia , Saporemque vappidum corridentia propinare licitum est , & ducere archalizando quod impurum est ad emundatoria , ac luminosa reddere Saporifera ipsa , & perficere volatilebus succis , intèr quæ non ultimum locum tenent viviperinæ carnes annexæ aliis roscidis liquoribus . Quibus thesaurus vitæ conservari poslit in suo archeali universali , tam in origine initiante chylifera , quam in officina cordiali perficiente . Chylo utitur massa , universaliter eterogeneo cruento liquore restauratur Machina , reficiuntur partes , vivificantur liquores in Machina vivente , & perficiuntur , ac iis vivit , restauratur , movetur , & universaliter vivens perdurat .

XV. Præcipuus typus in omnibus morbis est stomachicam sedem in sua indole naturali , quantum possibile est conservare , neque quidpiam operari , quod possit ventriculi officinam offendere ; quod præcipue consequitur dum ejus succi in Idea salubri teneantur , inter quos non ultimum locum tenet lymphaticus liquor , uti universale fluidum itrorans quamlibet nutritionem , & annexum singulo fluido . Non pauci empypamicam potius , quam methodicam sequentes viam cogitant absq[ue] ulla ratione , & anatomica elucidatione irregulariter potionis aqueas , in quolibet ferè morbo traducere : nescientes ex nimio potu sinè methodo indicativa omnes reliquos succos in stomacho flaccescere , ex quo universalis debilitas in tota Machina . Hinc obſervantur tantæ

Ca-

Cachexiæ, Ascites, Anasarçæ, Lassitudines, A trophiæ, Icteritæ, & universales depravationes in tota Machina vi-
vente. Hinc est quod incurunt, quod removere debent: Ni-
mius potus gelidæ aquæ non habita rationabili metho-
do, non solum est efficax solvere alienos succos sylvestres,
& Sapore morbosos, sed indifferentè chyliferos succos fran-
gere à sua esurina indole, undè primùm roborans chyliferum
vappidum, aqueumque redditur, & indè tota Machina com-
patitur. Hinc caute, ac methodicè tempore suo, & qua-
titate consona gelidus aqueus potus præbendus, ne empyri-
ca, vestigia incurramus.

XVI. Solvit omnia salia primum fluidum aqueum, omnesque Sapore frangit, dum copia nimia defertur. Pue-
rile est cogitare aqueum copiosum potum solvere salia syl-
vestria morbosa tantum, sistentia in fluidis, ac successivè
in solidis machinæ viventis, & non solvere salia omnia na-
turalia cujuscunque indolis sint. Qui coquinariam exercent
artem, rustici omnes, & homunculi, ac mulieres, famu-
læ sciunt, experientur, quod in vase capaci aqua simplici
repleto dissolvantur salia omnia maritima, nitrosa, amari
liquores, acidi, dulces, austeri, omnesque reperibiles;
scientes aqueum fluidum, gradatione tamèn data, sin-
gulis Saporibus solutionem in eis consequi, hac gradatione,
ut aliqui majori copia, & celeriter solvantur, alii minus,
nonnulli tardius, data proportione Figuræ, & indole sapo-
rifera; attamèn tam in copia, quam in tempore gradatio-
ne solvuntur, uti species, modulatio, copia, & ordinis ty-
pus. Ita quoque in continua copiosa non methodica pota-
tione idem accidit in quacunque vivente Machina, in qua
morbosa solvuntur, & sylvestria, non negata successiva so-
lutione, flacciditate, & vappiditate aliorum naturalium
saliuum, ex quibus universalis languor ventriculi, & con-
sequantium ideandorum naturalium succorum: Sic ex uni-
versali sede, nimioque potu morbi universales cachexiam
sapientes, & inultoties obitum ferentes.

XVII. Quamvis negandum non sit aqueum primum
fluidum nutritivum esse, attamèn nutrit universaliter ordine

O

irro.

rotationis, sed debet annecti saporosis Ideis. Immediate
adget sibi simile, uti est lympha, sed debita copia, modula-
tione, & methodo. Nutrit vero solidas partes, dum ali-
bile fit, roscidumque annexione rosciditatis, uti omnium
carnium, aliorumque ciborum usus, suntque potionis nu-
trientes roscide saporolis salibus praeditæ: copia sempèr
opprimit, non toleratur à Machina, coatinud offendit,
cruciat, & secundum speciem, tempus, modulationem,
capacitatem, ac Motum, sic gradatim molestat. Modula-
tio fermenti stomatici naturalis salubris stomatica sempèr in
suo Motu servare debet consonam positionem, tam in po-
tentibus, quam in solidis nutritivis. Nutritio est assimila-
tio mobilis alibilis nutrientis nutriendo, tam in Sapore,
quam in Figura, tam in fluido, quam in solido, unde qui-
libet excessus noxius est.

XVIII. Aqueum fluidum sua universali capacitatem ca-
pax est naturaliter recipere omnes Figuras, singulosque Sa-
pores, quibus copulatur ex sua prima modulatione, commu-
nicabilius Figura, ex quo omnis communicabilis Figuratio
ducitur singulis reperibilius fluidis; idemque continens sive
suo talem Ideam universalem fit quoquè capax duci, & alere
quascunque Machinas, tam ordine soliditatis, quam mo-
dulatione fluiditatis. In Sapore annexum acido fit acidum,
austero, austero, amaro, amarum, falso, falsum, ole-
so pingui, oleosum pingue; undè nutriens, restaurans,
conservans omnem Ideam singulorum fluidorum, & solidor-
um consequentium, quibus unitur, & universalissimum
naturale primum fluidum.

XIX. Simili oppositione offensivum, molestumque
est idem aqueum primum fluidum, dum unitur molesto, pra-
vo, sylvestro, offensivo Satori, & depravata Figuræ pun-
git, torquet, lacerat sua pungenti, gladiali Figura, dum
tali liquori sic figurato annexitur: fit morosum tardumque
in suo Motu, dum copulatur simili fluido torpido, atque
moroso. Morbi enim omnes à figuratis saporofisque succis
fluentibus, fermentantibus, ideatis, ac sapientibus prima
vestigia

vestigia fluiditatis ab aquo fluendo; undè aqua nimis epota fit offensiva, morbos ex copula salium offendentium, ac destruentium Ideam naturalem salubrem illius viventis Machinæ, cui annexio fit; iodèque fit universale fluidum dicens universales morbos, uti Cachexias, Hydrops, Atrophias, reliquosque. Sic fit univer sale offendens, & depravans vitales Motus, & Machinas, suosque liquoros, solidasque partes nutriendas, restaurandas, conservandas, nàm nimia copia solvit naturalia salia salubria, vappidaque illa reddendo, incapacia fiunt nutritioni, ac restorationi. Omne præsidium methodicè, ac geometricè præberi debet, ac in usum naturalem deferrì. Quod opponitur rationi, anatomico scrutinio, nunquam tutè in opus est ducendum.

XX. Nec valet afferre inanes, futileisque experientias nonnullorum hoc præsidio in salutem delatos fuisse. Non cognito morbo multos deploratos fuisse ex aliorum præsidiorum carentia. Multi morbi non sunt cogniti ex multiplici modulatione diversa Saporum offendentium, & iis præsidia non utilia, sed dubia exhibentur, undè pro deploratis habentur. In his casibus universalis offensivæ modulationis Sapori feræ valet rationabili methodo, & anatomico duoru uti, ac solvere universalem modulationem offensivam Saporum cum universali præsidio absorbente, & solvente alienos quoque Sapores sylvestres, aquo universalij: attamen etiam habita methodo necessaria circà tempus, quantitatē, yiriumque robur, ut cautè, & iucundè operari possit, aliter præcipites redunduntur, uti quotidiè penes multos observatum, venit; itaque semper rationabili methodo ducenda sunt præsidia, quæ multoties non cognita, & indicata ducuntur, undè accidunt phanaticæ penes illos experientiaz. Qui curantur universalij aquo potu, illo indigebant ex multiplici modulatione Sapotifera, molesta, indigente primo aquo fluido diluente, ac corrigente universaliter salia depravata multiplicia, morbososa. Experiri decens est dubium præsidium pauplatim, ac successivè, ne in præcipitem casum incurres, & indicationem desumendam esse ex tolerantia, & conferentia

dubii præsidii, ex qua præbere, vel removere valeas; ita te gerendo, ut si non iuves, minimè lñdas, ac ita cautè agere oportet.

G N O M O N . IV.

Ex Lymphatico Succo depravato in Regione Naturali Morbi Consequentes Scrutinio Dacuntur

I. IN universalì naturali regione non solum fit depravatio liquorum deferentium polycrestam nutritionem, & delationem ipsius, ac perfectivam Ideam; at quoque officinarum omnium naturalium in suis succis depravatio:sic replendo sacculum lacteum lymphatico succo crasso, tenaci, fit vasorum lymphaticorum scissio, & saporizando delatum chylum indole, Saporeque salino depravatum in erosione scindente taliter ideatum ex Figura impressa molesta in ipsa lymphà; undè successiva gradata, ac delata salina Idea in subacidum pancreaticæ sedis morosum, ex qua morositate alienatur, scindens redditur, aliudque vitium annectitur chylosæ massæ in lacteo sacculo, & suis glandulosis vacuitatibus, redditur insociabilis, non adhæsivus nutritiendis partibus ex expressa culpa.

II. Redditur universalis in sede, & officinis naturalibus, intestinalibus, mesentericis, in renibus, annexisque singulis, ut causa ipsius glutinosæ lymphæ representet cruorem gelatinæ similem, ut incapacitatem retineat cibrationis, & debitæ secretionis in intestinalibus vacuitatibus, & tali culpa fæculentæ naturalis alvinaæ excretiones non redundunt: qua longa mora gelatinosa Figura offendens excretionem, Saporem mutat, simulque Figuram naturalem, & hinc alvus torpescit, & si aliquandò nimio stimulo pungentique salina Figura, & Sapore irritet quod morosum est, non exonerat succos officinarum naturalium, sed tantum longam morosam fœcum copiam ex intestinali officina in alvinam

nam sedem, & depravando s^epe s^epius intestinales ductus, depravat fermentativas & qual^es debitas alvinas excretiones.

III. Consequitur universaliter talis lymphæ vitiosæ in eadem regione abdominis in secretione urinarii seri in renali uretica sede, in qua suppressiones serosæ accident ex crassa Figura lymphæ, acidoque, ac austero Sapore ideata, nephriticus, dolor, convultio, suppressio: In qua depravatione, non solum compatitur fluidus lymphaticus succus, sed molestatur graviter pars solida, & officina uretica.

IV. Sic in eadem gravi morosa lymphatica massa fit vasorum ruptura in abdominis capacitate, vasorum delatione, & vacuitatibus naturalibus: quibus scissis ex salina morosa lympha ducitur Ascites; sive abdominis tumor aqueus fluctuens aliquando ab una in alteram abdominis partem, ut pressa sinistra, V: G:, parte, videtur fluere lympha ipsa in dexteram more torrentis, ac fluentis aquæ, uti multoties observatur; ut ablata pressione iterum redeat lympha ipsa in pristinam vacuitatem: Quo tempore tantum Paracentesis celebranda. Accidit talis observatio, dum aqua, seu lympha non adhuc, tam crassa est, sed fluens, non tam ponderosa, at tenax, vel gypsea, quo tempore inutilis paracentesis ipsa. Anasarca universalis tumor ædematosus prementi digito cædens, foveamque relinquendo ex eadem lympha morosa, incapaci evacuari, ac annexa universalis cutaneæ sedi, in qua transpiratio removetur; undè turgescensia universalis, cui succurrit solutione diaphoretica, tam interna ex ligneis diaphoresim ducentibus, quam stybitatis unijversalibus, ac externis hypocautis; undè lymphæ universalis solatio, & cutanea polycresta evacuatio ex cute diaphoresim copiosam sapiens.

V. Tympanites dicitur hydropis sicca species ob nimiam duritiem regionis naturalis, ut tympani Figuram representet, & tangentibⁱ subministret ferè tympani sonum. Siccus, durus, distendens omnes ab dominis musculos ex acriori, torrido, salino, calcinoso lymphatico redditio succo, cui correspondet remota delatione, & diastolica impressione dia-

diaphragmatis, & muscularum abdominis ex pa nio; undè tussis sicca, difficilis anelitus, sitis, & torridi succi symptomata occurunt. Sapit indolem inflammatorię morositatis tympanites; non stricte sumptam ob consequente in retentionem reliquorum succorum motum non habentium; undè spuria inflammatio. In sacculum lacteum defluens vitiosus lymphaticus succus, & morositatem ducens chyl osam, redditur successiva ideatio sanguinis perficiendi molesta, nec adhæsiva alibilis, undè morans respicitur, ac magis acescens glutinis Ideam suscipit offendendo sua Figura sapo res naturales chylosos, partesque restaurandas per effectivo motu nutritivo illas morbosas, & tali distinctione, uti erit partis modulatio, & regionis struqtio, sive vitalis, vel animalis; undè in vitali regione tussis, hæmophysis, pleuritis, hæmorrhobia narium, hæmorrhoidalis alvi, hæpaticus fluxus; vel difteria: ex canalibus arteriosis aneurisma, vel venosus varicosus; sicut partium specificatio, ita morborum distinctione ex chylofa delata molesta lymphatica Idea, ex qua omnes partes in restauratione universalis refici deberent: Lympha enim polycrestus succus semper annexus, tam restaurationi alibili perfeccivæ, quam defectivis, molestisque impressionibus.

VI. Successiva chylifera delatione vitiosa ingrediente circulationis continuaz motu, pulmoniacas cavitates, quia Figura tenaci, & sapore acido offensiva non retinet naturalem usum fluxilitatis; idèoque nimis adhærens partibus, quas invadit, successivè moratur, gradatim glutinescit, undè pulmonum molestia, tam in anelitu, quam in pondorositate, globescunt illæ pulmonales vacuitates, depravatur inspiratio, & consequens respiratio, diastolicus, systolicusque motus difficilis, asthmaticus motus, convulsio, orthopnea, dyspsnea, omnisque vitalis motus, & usus. Palpitatio inæqualis ex pericardii se te fluentem succum stimulanten delatum ex lymphaticis vasib, sed pungenti Figura, & acuto sapore ideatum, spinosisque salibus, ex quibus solutio similis molesta ducitur, & sicuti eterogenee solvuntur viciose salia in dicta lympha, ita pariter stimulatur

tur inæqualiter partium vitalium modulatio, unde convulsio, palpitanſ motus oriuntur; immo syncopaliſ deſectiū ex preſſione ſpirituum vitalium ex denegata intromiſſione ventriculari continua, & æquali in cor, & defiſientia ad tempus. Qui syncopaliſ vitaliſ motuſ deſectiū tali morizatiōne, & defiſientia volatiliſ archealiſ ex lymphā præcise duicitur. Non ideantur ſpirituſ archealeſ lucidi, & non moventur ritinicè, non diaſtoliſant, ut neceſſitat cor, non illuminaſt, nou reſtaurant, ut conuenit, & decet, non perficien‐ ciunt utrumque motuſ partes vitaleſ organicæ primæ, ut naturali tēr operentur, nec modulanſt ſanguineæ Ideæ, ut deſerantur in cavitateſ naturaleſ; unde diſſonæ, non ſalubreſ operationeſ ipeſe vitaleſ. Ipsiſ lymphā in hiſ moleſtiis primam ducit culpam, variiſ ſalibyſ ſylvestribuſ, morofiſ ſuccis imprefſa.

VII. Præcordiorum oppreſſio inſufficientia ad motuſ naturaleſ præcordialeſ ex lymphatico liquore diſſono ori‐ tor; nām muſculosaſ omneſ parteſ præcordialeſ torpeſcunt ex moroſo ſucco, & ſapore auſtero, Figuraque tenaci, que in lymphā primum locuſ tenet: Sua deſectiua impreſſione, & conſenſu annexivo partiuſ, liquorū annexoruſ conſpi‐ ratione copulatiua, omneſ præcordialeſ operationeſ deſectiua rediduntur: dum culpat prima ſedē, priuimque fluiduſ, ſem‐ pè offenduntur conſequenteſ ſingulaſ conſpiranteſ, annexaſ parteſ. Peccat iſipmuſ fluiduſ lymphaticuſ, depravantur om‐ neſ annexi ſucci.

VIII. Lymphatici vomitus acidi inſipidi continuo obſervantur ex ſapore lymphatico nimio, ponderoſo: nimia copia, crassa Figura, acidoque ſapore laſlus ſuccus lymphaticuſ ſimil gravat, ſtimulatque ſtomaci officinam pondere nimiaſ copia, & ſtimulo acidi ſaporis; unde ſubuertitur mo‐ tuſ ex repletiva annonā, unde convulſio, spinosa ſapo‐ riferā iñdoles, & deſectiū motuſ; idēque obſervantur co‐ piolifimi vomitus acidi lymphatici, ſapienſes magnam co‐ piam acidam aqueam, quia in Machina viuentे lymphaticuſ ſuccus copioliſ ſinguliſ: affluenter ſillat in ventriculi ca‐ vitatem ex ſuis delationibuſ, duobusque, ac etiam ex ni‐ mio

mio externo potu . Copiosior liquor lymphaticus ex dupli-
ci sede , scilicet una ex ipsius lymphæ , vasorumque lym-
phaticorum interna origine , & sede , & ex altera externa ,
ex nimio potu habita .

IX. Hinc est quod vomitus lymphatici sint nimis co-
piosí , & affluentes . Amari , saponarji , biliosi nuncupati
succi sunt minoris copia , & gradati mensura , & struetura
speciei , & folliculi fellei , nec ex se soli amari succi copiosi
esse possunt , nisi lymphatico copioso fluido copulentur , nec
magnam copiam ac fluxilitatem ducere possunt ex ventricu-
li sede , nisi illius annexione ; qua copiosior observatur
vomitus amarus , at copiam ex lympha subtrahit , spinosita-
tem ex ipso amaro . Lymphaticum ponderat , sed amarum
ipsum ideando stimulat .

X. Acidi Saporis intromissio in lymphaticos succos
non indiget longo tempore , ut agat , nec copioso quanto ,
ut pondere stimulet . Sufficit sola initiatio , & copula , ac
appositio acida in simplicem liquorem aqueum , ut statim
acescat tota aqua mala : aceti acerrimi impositio instantanea
mutat cibaria , etiam solida ; quanto magis fluida de-
currentia aqua , ut parvus acetosus succus sit capax epotus
statim subuertere ventricularem officinam , vel aliter ideare .
Causam si petas quare acidus sapor sit tam activus , dices il-
lum esse gladialis , pungentisque Figuræ , dum volatilis est ,
nam austерitatè præditus causa oppressionis Figuræ oppoli-
tum agit . Sufficit ipse acidus sapor solvere lapides , durissima
corpora ex sua gladiali scidente Figura , & solvente sapore ;
ideoque in ventriculo præcipuus solvens sapor est subacidus
volatilis , efficax solvendi cibaria tantarum specierum diver-
sarum , multipliciumque modulationum , omni tamè au-
steritate carens , nam tunc volatilis non est . Nec amarum ,
quia oleosum , nec ponticum , austерumque , quia stypticum ,
nequè alias sapor tam activus , uti acidus ex gladiali Figura .
Valet instantanea ocularis appositio , uti continuò experi-
mur , statim effervescentiam deferre , motumque fermentati-
vum in alienum corpus eterogeneum . Tartari , vitriolati-
ce-

celerissima fermentatio, omnèisque aliæ penè Pharmocopeas observationes in acidis, & ex acidis saporibus habitæ.

XI. Celeris fit aciditas in lympha ventriculari, aliis que officinis artefactis ex succo stillante in ventriculi sedem, ut ex ejus volatili Saporizatione fiat celerrima, ac activa esuerinti liquoris activitas. Dicit enim acescentiam ipsam lympha ipsa in sedem ventriculi, & sinu suo servat ipsam volatilem aciditatem magistrum esurini appetitus, & cibalis massæ, uti mater universalis omnium Saporum.

XII. Hydrocephalus cerebri aquosa lymphatica inundans, stagnans, morosa Figura intèr meninges pias, ac duras, & substantia spermatica animalis sedis, in quam confluit sensim copiosa lympha, ibique Figuræ vitio crasse- scens non filtrata residens in glandulis magnis, ac minoribus, & magna pituitaria glandula offenditur, ut successiva delatione lymphatici succi denegetur evacuatio, tam universalis per cutaneam sedem, quam per tanta emunctoria tali regioni animali annexa; scilicet per nates superfundibulum uvulæ, aurium, lacrymalium glandularum; undè efficitur gravis pressio animalium vacuitatum repleione, ac partium spermaticarum pressione, & tumefactione glandularum, ut videatur magnum caput continens magnam lymphaticam illuviem. Culpa in lympha copiosa, gravi, visci- da, figuraonis gravis, undè morosus usus, & Motus fere semiabolitus, ac valde diminutus. Est Sapor in ipsa hydrocephala passione austerus, ac indolis minoris luciditatis, ac opacis structuræ. Quia in regione animali præcipua parts spermaticæ sunt, & nutriti debent simili alibili succo volati, roscido, nervino, ideoque in lympha ipsa præcipua culpa annectitur, uti polycrestum alibile animale.

XIII. Si decidat nimia copia in ventriculos alteriores ac posteriotem cerebri, & nitrosa Idea; tunc apoplecticos insultus concitat; ut aliquando tales cerebri ventriculi apo- plexia deducuntur, observati pleni lymphatico liquore viscido, & tenacis Figuræ, ut plures uncias, imò pondus duarum librarum deferrent ex tanta copia onerante, & præmente

ipsius lymphæ in cavitates naturales. Qua repletione , & nimio pondere fit remotio Motus nervini in prima sede , & inde in partibus consequentibus nervinas ducentes , & solidas movendas in Machina vivente. In depravatione tali originis , & nimia repletione perit sensatio , quiā per ductus , & canales nerveos , ac fibras componentes ipsam cavitatem fibrosam per longum , obliquum , diminuitur , repletur ; unde Motus , & consequentia Motum animalem diminuntur , depravantur , abalentur , utrumque vitium omissionis sensus , & Motus , sive semiplegia , paralyfis decidens totalis , vèl individua fit. Totalis in sensu , & Motu : individua , vèl amissione unius , vel deperditione alterius , ideopathica , vèl sympatheticā dicitur , seu per essentiam stagnans , morans , defluens in ventriculares cerebri cava-
tes , indequè nervosam sedem depravando in origine , & successivè ducendo paralyfim prolabendo . Hemiplegiam autē individuam dicit : Sempè tamèn a lymphā Figurā crassa , morosa , & Sapore sylvestri , acido , pontico dicitur ; licet per consensum ferè a ventriculo , aliisque sedibus lymphaticè deferatur . Fortissima ratio , & occasionalis causa , quia partes albae spermaticæ , uti sunt glandulæ , nervi , substantia cerebri , annexæque partes , affliguntur magis , ferè semper ab illo succo , quo nutriuntur , ac restaurantur ; idèque roscido lymphatico nutritivo depravato in Figura , & Sapore offenduntur , quia tali fluido volatili , roscido fit restauratio nutritiva in spermaticis partibus . Eamdem causam anatomicè exprimendam esse in reliquis partibus . Ideam albam habentibus , offeis , cartilaginibus , pudendis , spermaticisque singulis , quibus annectitur spirituosum alibile simile pro restauratione , ac vivificatione motrice , habita à lymphatico succo ideato volatili roscida impressione . Musculi , partes rubræ simili causa anatomica lèduntur ab illo fluido nutritivo , sed depravato , quo naturali Idea habita nutriuntur , scilicet a sanguine ; nàm omnis pars , qualisunque sit , sive fluida , sive solida , naturaliter nutritur , restauratur , augetur à suo simili , æquali , consono , naturali

G N O M O N IV.

115

rali alibili fluido geometricam modulationem habente in Figura, & Sapore; nam int̄r fluidum, & solidum æqualitas semp̄ est, & solūm discrimen int̄cedit, quia fluidum est Figurationis comunicabilis, & solidum retinet Figurationem incommunicabilem.

XIV. Hinc oritur, quod in sede spermatica animali occurant morbi ex lympha dependentes causa nutritionis, uti lethargus, coma somnolentum, incubus, catalepsis, paralysis, tetanus, emprosthotonos, opisthotonos, surditas, scotomia, suffusio, gutta Serena, nebula, catharrus, ancina glandulosa. Ostibus accedit caries, tendinibus, ligamentis, nervis dolores articulares eveniunt, aliique similes. Illis Morbis affliguntur partes om̄nes, fluidaque fingu- la indole, & Idea, Figura, & Sapore simili: distinctio partium, & diversitas in nutrientibus diversis fluidis manet, sicuti varietas horum à Figuris, & Saporibus diversimodè modulatis. Abecedarium modulatum in omni dictione, compositione, & scientia, sicut artificialia fabrilia, diversa, multa, pulchra, & turpia à modulantibus Figuris diversimodè annexis.

XV. Lethargus cum febre lymphatica dicta, sive morosa lympha servens cum alio addito succo, ut fermentacionem habere possit cum socio alieno Sapore, sed diffono, quo intromittitur lenta lymphatica febris, habens Motum febrilem in dicto præcipuo lymphatico succo, semp̄ enim subsequentes depravati Motus in quolibet morbo sequuntur vestigia, ac indolem fluidi nutrientis, sed tunc lalentis, & morbosca causa depravatæ Figuræ, & Sylvestris Saporis.

XVI. Ideationes, somnolentiae, catarhales, catalepticæ, paralyticæ in lympha fiunt præcipue à Sapore depravante, sive sit coma somnolentum, lethargus, propensio ad somnum vitiosum in Idea saporifera narcotica impressa in lymphatico succo, quadam oleosa indole morosa impressa in Figura crassa, unde offenditur lympha, depravantur canales, glandulæ substantia spermatica, & opprimendo, somnolentiam ducunt: semp̄ ponderosa pressio

fit in somnolentia ; tali tamen gradatione , & distinctione
habita , tam ipsius lymphæ ponderantis , quæm partis occa-
patæ , & depravatæ . Major ia ductibus , & deferentibus
occupatis vasis , & minor in glandulis : tolerabilior in tota
sede cerebri medullari : quæ pressio ponderosa , quia moro-
sa Idea , causat aliqualem febilem Motum . Observatur
defluens lymphæ naribus exceta , vel per infundibulum ,
sapere indolem oleosam , glutinosam Figuram , ac va-
riegatam .

XVII. Sicut annexitur lympha huic , vel alteri suc-
co , copulamque habet cum illo , sive acido , acidusculo ,
antero , acri , alioque ; sic etiam varia , & eterogenea mul-
tiplicitas depravatur in Figura , & Sapore , ac similiter se-
cretio emunctoria , ac cibratoria evacuatio consequitur co-
piosa , acida , salina , dulcis , ac muriatica ; quia ipsa abe-
cedaria est omnium Figuratum , Saporum , succorumque
singulorum , nec præter ipsam , sive in salubritate , vel de-
fectiva Idea gradatur saporifera universalis Idea nutritiva ,
vel defectiva . Talibus impressionibus , ac diversis modula-
tionibus ideata , consequuntur somnolentiaz lethargicæ comar-
tosæ , vel vigiles , graves , mediocre , minus graves , cæ-
teraque : confirmant tantam multiplicem varietatem somni-
feram morbosam ipsæ consequentes evacuationes per diversa
emunctoria habitæ ex multiplicitate Figuratum , Saporum ,
copiæ , missionis eterogeneæ multiplicis .

XVIII. Catalepticas , paralyticæ depravantes moro-
stites ducentes immobilitatem musculosam , rigidam , ten-
dinosam , nerveam annotant non unum vitiosum indeole-
fluidum depravatum in Figura , & Sapore , sed multipli-
cem ex denegatis Motibus , non solum naturalibus , sed
etiam peregrinis in lympha , ac in subtilissimo roscido ner-
veo succo ; qui sua Idea volatilis , & rosciditate animali ,
ac à tota universalis massa naturalium liquorum in sede ani-
mali ideatus , & peractus ; ideoque sapiens indolem , &
impressionem volatilem , & nerveam , veluti archealis di-
fillatio ex fluidis spermaticis , vel prope spermaticam se-
mi-

minalem impressionem habentibus: sicuti fœcundantes Saporez profici fluentes sunt spumosi, volatiles, archeales impetumque habentes velocem, capaces mutare, ac in Motum ducere fluida omnia, quibus uniuntur; uti patet in ovipara, & vivipara fœcundatione: ita ipsimet Saporez nervini elaborati in sede animali ideantur simili impulsiva, Idea illuminativa, fœcundante, motrice, ac gerente omnem eterogeneum animalem Motum, & tensionis, constrictioñis, diastolizationis, retentionis, illuminationis, & motum fœcundandi sua volatilitate animali omnes partes, in quas deferuntur: quibus impressis tali modulatione nervina animali, sic omnes subjectæ partes spermaticæ, ac rubrae illuminantur, moventur, talique Idea fœcundantur, spiritali, animali; & efficacia illa gradata, sic opus consequitur sensationis, & usus motionis naturalis conservans, & durationis Motus restaurans. Est nerveus succus similis in sede animali, et tota vivente machina, ac ferè idem, ac seminalis archealis sapor in propriis officinis naturalibus fœcundantibus. Sicuti in sedibus, & organicis ideantibus, officinis virilibus datur occasionalis multiplex depravans causa seminalem Saporem fœcundantem in suis organis, & multipliciter offendens Figuræ, ac Saporis Ideam fœcundantem, ita in animali sede contingit, ac strixiſſime agitur in ideatione perfectiva, ac defectiva nervi archealis roſcidi ſucci.

XIX. - Ideopatica, vèl sympathetic motione accedit: Ideopaticè ex sede propria, sympatheticè ex aliis subministrantibus officinis officitur seminale fluidum in sua Idea, & opere fœcundationis. Ex tota massa fluidorum naturalium, vappidorum, insulorum, nimisque lymphaticorum, ac torpidorum sunt Figuræ glutinosæ, crassæ, vel ex morbo alieno contracto, gravi, mutante Ideam necessariam impressivam, in seminali massa non recipitur Motus, uti incapax talis nobilis luminosæ Ideæ; uti effet si quis vellat ex lapide, vappidoque ligno, vel aquoso liquore insipido ducere spiritum luminosum archealem, vanum effet. Improportio

portio passi non permittit dignitatem præstantis Ideæ. Sunt multoties nonnulli succi naturales incapaces ex occasione depravante altiore gradationem suscipere ex multiplici causa. Atas puerilis, nimis senescens, ovipara, vel vivipara imbellis est, vel opere delineationis, vel ordine deficien- tium spirituum ideandorum à sede forti. Vitium ideopaticum in organo est, dum Figura, & Ideatione efficaci elab- rante, & fœcundante caret causa Saporis deficientis volati- lis, archealis, vel ordine originis, vel longitudine origi- nis; ideoque insufficiens ad expressa: Culpam utramque, ideopaticam, & sympatheticam incurvant succi saporiferi in suo Motu. Symphatica occasio dum ex aliis fluentibus flu- dis, & officinis, uti principaliter ex ventriculo, & conse- quentibus sedibus singulis mediante gyremate universali- omnium fluidorum.

XX. Sic nerveus succus volatilis, saporosus fluens dicit hystericas passiones in mulieribus occasione Ideæ semi- nalis morosæ, fervescens, morbosæ, undè convulsiones, pressiones, Motus irregulares, furor, syncopalis depresso, aliæque depravationes, tali, tantaque multiplici distinc- tione, uti Saporosa Seminalis nervina Idea depravata erit: Lympha depravata in seminali fluido multipliciter, sic tali ordine hysteria nervina passio, ideopaticè uterina, vel sympatheticæ ex occasionalibus causis. Dicitur epilepsia uterina in mulieribus, epilepsia nervea in viris. In illis nerveus suc- cus invadit nervinas partes uterinas, in viris nerveus anima- lis succus invadens sapore acido acri gladialis Figuræ anima- les partes.

XXI. Catalepsim, paralysim incurrit malitia ex lym- pha gelida, Figura, & acido austero Sapore non decurren- te, non luminoso in sede animali; nam in tali regione lym- phaticus succus semper sapit Ideam nerveam fœcundantem omnes annexas subiectas, dependentes organicas partes in Motu intrinseco, & sensatione universalis: tanto molesto Sapore, talique inæquali Figura secum trahit annexum ner- veum succum, ipsumque offendens eadem morbosa Idea, ut

ut ifœcundationis, extricationis, & illuminationis Motum, deperdat, & sic successivæ omnes partes consequentes semi-mortuæ redduntur, saxeainque indeolem detinendo: nutritivum lymphaticum nervinum fluidum minimè luminosum, torpidum, non solum nutritiva adhæsione carens, sed Motu naturali privatur ex morosa Figura, Sapore pontico, accido incapaci alere; imò causa suæ torpentis gelidæ impressio-nis in tali Figura, talique Sapore aufert potius, quām de-ferat suam alibilem Ideam, suumque animalem Motum, quibus privatur ex tali Figura, & motu.

XXII. His causis rigiditas universalis in tota Machina partibusque organicis recipientibus tale vitiosum alibile ac-cidit, nām omne nutritum corpus solidum sequitur vestigia, Ideamque sui nutrientis succi; sic fervens luminosum alibi-le eadem proportione reddit ipsam Machinam, singulasque ejus partes nutritas luminosas, & feruentes. Vappida narcotica, acida, gelida tales defert Ideas: nec præterire venit quod non lūm subiecta nutrienda rigescant immobilia, convul-sa fiant ex simili offensivo succo, loco nutritionis delato, dum defec-tiva Idea Saporifera ducitur, sed etiām non restau-rando, sed destruendo canales, ductus, partesque solidas restaurandas, illas potius tabescunt, ac flaccescunt una si-mul cum aliis annexis modulantibus Machinam naturalem solidam. Illud idem quod universaliter restaurare debet offendit. Hinc in catalepsi, paralysi, omnibusque nervinis fluidis sapientibus Ideam lymphaticam occurrit, & successiva laxi-tas, flacciditas musculosa, glandulosa, tendinosa, & in Fibra motrice universalis contigit; ideò omnia animalia ha-bentia reptilem, ac lumbricalem Motum, ex volatili ner-vino lymphatico succo generantur, crescunt, vivunt, durant, conservantur; uti sunt lubrici terrestres, viperinæ Machinæ, serpentes, & pinguescunt ex fermento alibili nervino copioso: sicuti maritimæ, fluviales Machinæ, quorum pinguedines gaudendo Ideis nervinis lymphaticis copiosis, retinent rep-tilem Motum undiquè vertentem, girantem antrorsum, re-torsum, ad latera, per longum, arcuendo, retrogradendo,

cir-

circulando, ac Motum nevosum imitando in omnibus operationibus, uti observatur in vipera, lumbricis, serpentibus, reliquisque copioso succo nerveo lymphatico ideatis. Hinc Saporosæ, nutrientes, auxiliares sunt in restauratione Machinarum viventium, & prima præsidia intus, & extra adhibita, & conferentia generalissimo, specificato morbo habito ex culpa nervina.

XXIII. Omnia illa, quæ succurrunt, augent, restaurant motum seminalem, Ideam fæcundationis, tam vitilem, quam muliebrem; etiam prosunt morbis lymphaticis ex nervina Idea molesta habitis; quia fœcunditas utriusque sexus non distat, immo eadem est cum animali sensatione, motuque nervino. Idem succus, eadem aqua, similis liquor facit varietatem motus in distinctis partibus, at sola modulatione organica varia, sed non succi impellentis. In artificialibus, musica, organo, epistomis, in fontibus, reliquisque artefactis, idem elasticum, eademque aqua impellitur, at diversitate modulationis, organicæ fiunt diversæ operations; sic universale fluidum lymphaticum nervina Idea impressa, dum dicitur ex sede animali facit, ac defert sensationem, motusque animales diversos ex varia modulatione organicarum partium; sic fœcundat, germinat, illuminat, movet, perficit diversimodè, uti partium organicarum varia modulatio: Idem in defectiva molesta Idea, & oppositione salubritatis diversos parit morbos.

XXIV. Nullum naturale fluidum hac anatomica naturali causa est tam capax in machina vivente perficere tantas operations, variosque naturales motus, et eadem geometrica mensura oppositionis officere, ac deferre multos morbos graves, varios, nam lymphaticum nerveum gerens sibi suo universale opus sensationis, motuum internorum, & externorum, valet in singulo illorum pariter lædi, & sic tantos ducere morbos. Abecedarium fluidorum ferè ipsum est.

XXV. Inspiciat curiosus anatomicus philosophus ova, ex quibus generantur ovipara, & vivipara machine, quo suc-

succo initient? certò certius ex albumine, sive lymphatico fluido nervea Idea dotato, sic reptilia, volatilia, aquatilia, & viperina, ut partes spermaticæ immmediatè dducantur ex albo succo capaci recipiendi omnes Figuras, & sapores, uti ossa, tendines, glandulæ, canales ducentes, & partes spermaticæ, & uti aqueum fluidum restaurat omnes herbeas, plantiferasque Machinas, earumque eterogeneas partes. Seminale fœcundans fluidum nerveum album. est, & capax deferre omnes succos fœcundandos, extricandos, ideandos in generatione ipsa; sive ovipara, quam viripara, in quibus omnes Figuræ, omnesque Sapores naturales necessitant ad struendas ipsas universales Machinas oviparas, & viviparas. Seminale fluidum, tamen ovarium, quam fœcundans debet esse talis capacitatis, & structuræ, ut successivam eterogeneam recipiat organizationem vitalem, solidam figuratam, geometricam, & saporiferam motricem, tamen extricantem, quam diastolicam, systolicamque.

XXVI. Quia partes in ovipara, & vivipera mole sunt duplicitis specificationis figurataz, tamen solidaz incomunicabilis, quam fluentis comunicabilis, ac spermaticæ, & Sanguineæ; quæ partes debent simili alibili succo organizari, ac firmari in successiva fœtatione, idè statutum est, omnes partes albas spermaticas fluidas, ac solidas fieri, modulari, & organizari in Figura, & Sapore à spermaticis fluidis albis ovariis in utraque generatione ovipara, & vivipara. Rubræ, ac musculosæ construuntur successiva gradata modulatione in ovario ex vitello annexo in oviparis, à quo successivo incubationis Motu paulatim fugitur alibile rubrum, quo restaurantur, ac firmantur partes rubræ usque ad perfectam exclusionem pulliferam. Totum hoc perficitur in singulis oviparis Machinis. In vivipara Machina defertur successivo Motu rubrum cruentum alibile ex gestante matre deferentibus venosis, ac arteriosis ductibus spatio geometricæ gestanda Machinæ in qualibet specie usque ad exclusionem naturalis fœtus.

Q

Lym-

XXVII. Lymphatici morbi Idea occupat utramque sedem iu Machinis viventibus, & spermaticam, & rubram, nam partes rubræ etiam sunt ideatæ ipso fluido universalis lymphatico, & irrorantur sempèr nerveo lymphatico succo; quo depravato, oriuntur morbi universales in partibus organicis rubris singulis: Sic primò extat.

XXVIII. Aridura, articulorum arthitica universalis affectio, lues venerea, glandulosa, cutanea, scabiosa, leprosa indoles aguoscunt propriam efficaciorem causam in ipso liquore lymphatico, quamvis non prætermittantur alii liquores officientes, depravati. Majoritas tamèn saporifera, & figurata lædens est in liquore universalis lymphatico, & causam anatomicam habes ex elucidatis, sed demonstrativam tenet ex effectu, sive correctione, evacuatione, & restauratione ipsius lymphæ in statum naturalem: ipsa enim non correcta, tales morbi non expelluntur: Sic utuntur hydroagogis, diaphoreticis, ptyalismo, ureticis, & omnibus stybiatis corrigentibus ipsum lymphaticum succum.

XXIX. Arthritis dolorosa universalis, vel individua, podagra, gonagra, ischiades, brachiorum, colli, peitoris, & universæ Machinæ dolores vagi, vel fixi, gummata, tumores serosi, viscidi, cutanei, melicarides, incubationes, aliique non pauci observantur in incisione deferentes lymphaticam indolem vitiosam, non solùm in Figura, sed etiam in Sapore aqueo, moroso, læso. Sunt alii succi annexi morbosí causa nutritionis eterogeneæ, ac fermentationis defectivæ, sed principalis succus lymphaticus est: sic.

XXX. Articularis dolorosa depravatio scrutinio ducenta. In tali articulari morbo sempèr defluens serosus succus ideatus fermentabili alieno Sapore salino, vel acido, acri, vel muriatico in glandulis morans quadam eterogenea lymphatica ponderosa Figura ideatus, & in partes albas, tendinosas, & ligamina osseam, & musculosam organizationem modulando; undè primariò partes albæ nutriendæ alibili lymphatico depravato franguntur potius, & gravantur, quam restaurantur; & unâ simûl organica musculosa fru-

stratio, periodica fibrositas, & cartilaginea heterogenea, moles dolorosè offenduntur.

XXXI. In articularibus nervinis lymphaticis morbis semper primariò in officinis naturalibus ideantibus fermentum peregrinum initiat molesta Idea in sacco ipso lymphatico; quo delato per ductus universales, & canales in spermaticas partes, ibi saporosa sylvestri Idea morbi specificatur ordine partis, quam occupat succus depravatus: unde catarrhus, raucedo, tussis, chyagra, podagra, ischiades, cancrena, & tanti specificantur morbi, quanta suat modulatae organicas partes diversæ, & etiam ipsius lymphatici succi gradata molesta ideatio; uti nodosa, tufacea, chyagra, & podagra, ac articulorum omnium lœsio; sic ipso succo depravato ex seminalibus Ideis parentum, causa universalis nutritionis dicitur hereditarius morbus delatus ex virilibus fœcundantibus, lymphaticis nervinis succis, quia ex tali universalis fluido omnes partes, tam albae, quam rubrae causa nutritionis irrorantur, & tali Idea imprimantur, ut temporis spatio fermentum tale hereditarium excitari possit. Occasionalis podagræ affectio licet primario offendat spermaticas partes; attamen necessitate annexionis solidæ, & de'ationis aliorum fluidorum, etiam partes rubrae offenduntur.

XXXII. Hinc universalibus praesidiis ex tali Idea, & causa lymphatica corriguntur tales morbi diaphoreticis, stomaticis, hydragogis oleosis respicientibus. Ideam succi peccantis, & partis molestæ. Omnes morbi sequuntur Idem naturalium succorum, uti Motus quilibet perfectivus dat vestigia molesto defectivo; sic gradata catarralis delatio ex depravata lympha depravat subjectas organicas partes, unde ligna respiciunt osleam tendinosam structuram, uti guajacum, lentiscum, quernum'viscum, salsa parilla, & dum nodosa erit ideata lympha, similia petit praesidia styhiata universalia: si cutaneæ lœse partes, & nerveæ, sic exigunt lumbricales, viperinas, carnes, & pinguedines, uti praesidia similia, & æqualia, Omne enim auxilium curativum.

respicit æqualitatem , & similitudinem cum liquore molestante , & parte depravata ; ideoque simplicibus hydragogis in expulsione copiosi lymphatici succi parùm alienati a sua Figura , & Sapore utendum .

XXXIII. Aridura , sive tabescentia initians à cuticulare sede , pinguedine , pandiculo carnosò , agnoscit præcipuum causam à lympha nervea nutritiva , & sua sede . Sedes tactus sensationem jucundam , vel molestam tangibilem tenet in hoc præcipuo succo . In tali sede non solùm membranae indoles est , uti in glandulosa numerosa annexione , spermatica , pingui , adhæsiva copulata pandiculis carnosis , quibus integumentum universale , sive vestis cingens , & inducens Machinam universalem , & in Figura modulata habens innumerosas emunctoriales porositates , construendo universalissimum filtrans emunctorium in tota Machina , ducendo vas a , duqüs eterogeneos , canales , variosque nutrientes succus , quorum copia non ultimæ notæ sunt lymphatica vas a deferentia copiosissimum universalem Motum sensibilem , & insensibilem sudoriferum ex omnibus liquoribus perfectis in tota Machina sulphureis , furfuraceis , glutinosis , oleosis , & singulis , tam in excretione perfectiva , & filtrativa ex tota mole vivente , quam defectiva , uti quotidie expertum venit ; sed tali cutanea universal i veste continente ramifications omnium vasorum ex tota interna Machina , uti arteriolæ numerosæ , venæ , vas lymphatica , ex quibus successiva fit expulsio , filtratio , cribatio , evaporatio , tam universalis fluida , quam annexa pilosa , & capillosa ejusdem indolis machinæ , uti pilorum , & capillorum rubedo , nigredo , flavities , reliquique colores ostendentes Ideam saporiferam internam singulæ Machinæ viventis , uti etiam in omnibus volatilibus , & brutalibus sunt . Indoles enim , ac Idea cutanea dat vestigia cujuslibet prævalentis interni succi , uti universalis sedes cujuslibet Machinæ viventis , ut præcipuus sensationis tangibilis Motus , tam internus , quam externus habeat universalem indolem in ipsa cute repletam omnibus succis naturalibus , decurrentibus

tibus ex internis officinis Saporiferis ; illisque Figuris , & Sapori bus ideatis membranaceis , glandulosis , musculosis , adiposis , nerveis , arterialibus , venosis , ac lymphaticis ; qua universal i structione delatorum fluentium succorum universali um , fit sensationis tangibilis præcipua sedes , tam jucunda ; quam molesta . Hinc morbi universales , uti aridura deferuntur in talem universalem sedem ex tota Machina vivente , & hoc iq omni Motu , tam perfectivo , quam defectivo .

G N O M O N V.

Quæ in Tangibili Sede Cutanea Universali Perfectiva , vel defectiva Operentur ex Lymphatico Fluido .

I. Deatio perfectiva in viventibus Machinis successivè fit , & multiplicatione , ac continuitate temporis , & occasionalis causæ , sive reficientis , ac restaurantis , quæm molestæ depravantis . In duabus tamen sedibus suscipitur celeritas morbosæ , vel perfectivæ impressio nis , quarum una est in vitali regione suscipiente elasticum involuntariè ; & altera sedes cutanea est in his , veluti instantaneè hoc dicitur . In prima principalis causa est ex elastico celerissimo Motu se intromittente in pulmonalem officinam , annexamque cordialem : quæ cordialis annexio est concausa universalis delationis ex volatili archeali rosciditate ducenda in universam Machinam : quæ instantanea indoles suscipit impressionem utramque perfectivam , vel defectivam , & quæ impressio cum sit in primo movente fluido ducente , & conservante universalem vitalem Motum , ideo tam celeriter Idea levata , sive perfectiva vivificans suo volatile elastico , et movens omnia fluida inspiratione roscida archeali , vel levante in totam Machinam . Elasticum enim volatile præstans est omnes liquores ideare , motuque successivo

sivo continuo inspirationis perficere , vèl lædere omnes aeneos in Machina liquores contentos in canalibus ; et officinis, illosque sdeare , nulla data longissima mora . Inspiratio venenosa instantaneam ducens mortem unde ? nisi ex immediata elastica delatione in volatile primum movens , et conservans vitalem Motum , quo remoto perit vivens ex mora habita , et depressa totali Figura in elastico , et ex Sapore destruente omne archeale primum movens conservans Motum systolicum , ac diastolicum , indeque perit vivens , nam Motus vita est , et vita in Motu conservatur .

II. Altera cutanea sedes secunda est : patitur hæc violentam impressionem ex tangenti jucundo , molestovè . Respicere oportet instantaneas impressiones , ac delectabiles , jucundas , vel offensivas dolorosas sensationes . Nullum enim intercedit tempus , nullaque intercapedo inter tangentium , et sensationem perceptam , jucundam , vèl molestam . Causam si petas non una , sed multiplex . Membranosa exquisita , nervea universalis structio , tam nervea , quam cæterorum canalium subtilium deferentium universale fluidum . Est annexio subtilissimi alibilis lymphatici sapientis volatilem indolem : est circumferentia , et indumentum universale annexum nivversæ Machinæ respiciens , ac conservans ipsam viventem : est innumera annexio canalium , fibrillarum , nervorum , glandularum suscipientium restorationem , ac universalitatem singulorum fluidorum ex Machina cribrandorum . Est uno verbō præstantissima sedes universalis sensationis tangibilis , cuius jucunditas , & læsio est capax , ac sufficiens deferre jucunditatem , vel dolorem toti Machinæ , singulisque partibus capacibus talem structio- nem habere .

III. Tali modulatione vivida , luminosa , & exquisita sensationis gaudet cutis ipsa , ut oculis patet : Ipsa enim continua scatet spiritosa roscida amabili jucunditate tangibili , & sensatione universalí , quæ non aliunde ducitur , nisi ex dupli capite ; & primum est quia cutis gaudet , & construitur , ac modulatur omnibus exquisitis fluidis , & organicis ,

ganicis, scilicet luminosis volatilibus ducentibus, nerveis, arteriosis, membranosis, glandulosis, fibrosis, adiposis, & præcipuo lymphatico succo luminoso universaliter oscido. Secundum causale, & caput est, quia cutis nutritur universalissimis fluidis præstantioribus, scilicet arterioso, & lymphatico; qui duo liquores etiam sunt capaces deferre omne munus exquisitæ, & præstantissimæ indolis, ac impressionis; idèque tot, tantasque diversas, sensationes jucundas, ac molestas suscipit. Est officina tangibilis sensationis, uti sunt reliquæ sedes varios usus, ac multiplices Motus tenendo in Machina. Alia est chylifera, altera cruentandi, volatilizandi spiritale; filtrandi, perficiendi, ac ultimata figurare, ac saporizare singulos liquores in tota Machina.

IV. Tactus cutaneus primus capax concupiscibilem movere, & quare? Omnes sensus sunt organa capacia moveri, ac movere, extricare deferendo Motum excitantem, concupiscibilem motionem. Visio delectabilis. Figura pulchritudinis extetnæ, vel proportione æqualis Ideæ, quæ apud nonnullos scholasticos sympathia (Terminus inscius). Sat elucidatum in Idealogia ex pag. 291. usque ad pag. 295. Undè visio dat Motum, Motus dat usum, usus præbet opus. Auditus armoniacus delectabilis, cantus, loquutio. Gustus risu, & labiorum modulatione varia multiplici, sicuti sociabilitate suavi verbali, ac cordiali. Omnes sensus capaces sunt concupiscibilem universalem movere, extricare, ac jucunda deferre, sicut opposita diametraliter lassere, uti monstruosa visio, turpis aspectus, clamor, tristis, lachrymosus impulsus, profunda suspiria, gemitus. Nauseabunda, vappida, insipida loquutio, gesticulatio turpis; in sensu, olfactu suavia, vel insuavia, grata, ac molesta. Sunt idèo siguli sensus sedes, & officinæ, in quibus modulantur concupiscentiæ tantæ, quantæ sunt undique undæ in oceano.

V. Universalissimus tamen fons, origo concupiscibilis est in tactu cutaneo, sive tangibili sede universaliter viviente

stiente universam Machinam viventem , singulasque *sedes* sensorias ; undè major efficacia , ac impulsus in hoc , ac in cæteris aliis sensibus . Omnes operantur , v. g. , ut duo , tres , quinque &c. , sed non ut centum , & ad summum gradum impulsionis , uti tangibilis sensatio ; neque valet dicere hoc evenire , quia reliqui sensus , uti visio , auditus , olfactus , gustus , loquio sint omnes non contigui , & immediatè moventes ; nàm intèr visionem , et obiectum vi- sum , intèr cantum , et auditum , inter loquentem , et audientem mediare intercapidinem , quæ distantia non tribuit tantum efficacem , celeremque Motum extricantem ; nam ex hoc oppositum redarguendum esset , quia visio pulchri , vel turpis movet nobilissimam sedem animalem , et vitalem , et per annexionem , etiàm sensum naturalem , et est præstantioris , lucidioris impressionis ; sicuti jucundus deletabilis cantus , armonia , loquio , odoratus reficiens sua jucunditate omnes partes nobiliores fluidas , et solidas ani- males , ac vitales , usquè ad animales officinas , et per consequens ipsam Machinam viventem , nàdè non valet ducenda oppositio .

VI. Multiplici causa tangibilis sensatio est primæ effi- caciissimæ , præstantissimæ virtutis , conatus , ac roboris . Ex Anatome constat cutem , sive cutaneam sedem in omni machina vivente vivipara , imò etiam in vegetativo genere herbaceo , et plantifero esse universalissimum indumentum suscipiens , ac tribuens majori efficacia fluida ipsa , quibus nutritur Machina vivens , et in plantifero genere est totalis custodia conservans , nutriendis , restaurans molem vegetati- vam , ut sola corticalis insitio sit sufficiens deferre novam plantam specificam in omni planta , et ex sylvestri Idea- ducere in jucundam speciem , speciosam , urbanam , dele- tabilem sola annexione insiti polonis , vel ocularis germi- nis , corticisque oculati , ex quo fit plantifera , diversa , specifica , nova planta . Insitum dictum , sola corticalis ad- hæsio nutritiva annexa , et copulata radicali plantæ natura- li sufficiens est deferre novam plantam specificam , diver- sam .

sam. Quotidiana insitio tempore suo totum hoc elucidat. Tanta vis, ac virilis efficacia est in plantiferis vegetantibus, ut cortice multiplicis speciei, multiplicentur species fructiferæ, & sola infestatione fiant in eadem planta variaz species delectabiles, pulchræ. Quid efficacius erit, & quanto magis.

VII. In nobilissima machina humana, Machina Machinarum viventium, in mole sensitiva, quadrupede, aquatili, volatili, reptili, & qualicunque ovipara, ac vivipara? Scrutinio anatomico inspiciendum est, si ex eadem cuti deferantur omnes alii sensus, sive singulæ officinæ sensationis, & ducantur, ac varientur sola modulatione Figuræ organicæ. Eadem cutis induit partes omnes, scilicet caput, pectus, abdomen, pedes, brachia, pudenda, omnes, singulasque sedes sensitivas organicas, oculos, aures, nares, labia, & singula contenta, ac annexa Machinæ. Interna, organica fluida, ac solida, omnesque liquoræ, & partes sunt subiectæ, uti universalissimo indumento, cutaneæ sedi. Frons, genæ, palpebræ, nares, labia, partes capillataæ, pilosæ continent eandem cutaneam universalem extensionem sola distinctione organica, & varia modulatione habita. Struuntur aures, licet cartilaginea ductione, & axillaria, ac inquinaria emunctoria data sola extensiva cutanea struuntur, ut omnibus organicis sensibus idem annexum sit cutaneum indumentum. Oritur hinc consensus unus, conspiratio annexa, conservatio omnium sensuum. In eadem externa tabula fiunt diversæ modulationes, picta, fabrefacta. In eodem vitro, cretaceo, argenteo, aureo metallo imprimuntur variaz, multiplices figuræ: In eadem pagina pergamenta, sive membranacea ovilla imprimuntur variaz imagines, modulantur diversæ in eadem artefacta mole, uti in omnibus picturis, scuptis, artefactis observantur. Nonnè data motione in tali pagina, tabula membranacea, quæ plures sunt impressæ imagines, quæ varia sunt fabrefacta in eadem dimensiva extensione moventur? Verum est, quod ex unica dimensiva extensione omnia contenta impressa, licet diversæ sint modulationis, attamen unico Motu, tam perfectivo, quam defectivo

130 MICROLOGIA METHODICA

fectivo moverit. Cutis una cingens, muniens, induens annexa in singulis sensoriis, & officinis, dum delectatio imprimitur, iucunditas, vel molestia, sit in omnibus annexis. Est cutis vestis in organo gustus, odoratus, reliquorum, & veluti mater sensationis universalis, ex qua, in qua, cum qua, propter quam operantur annexione naturali ceteri sensus, tam in Motu complacentia, quam in delatione tristi dolorosa: gradatim tamèn sunt non eadem mensura, sed, uti obiecti tangibilis proportio, modulatio, & Figuratio erit.

VIII. Non est prætereunda anatomica observatio, philosophica ratiocinatio, scilicet nullum sensum operari in concupisibili, jucundo, vel molestio, nisi per contactum mediatum, vel immediatum. Oculus videndo suscepit in crystalloide, ac in vestientibus tunicis tactum impressionis imaginis visæ, mediante elasticō luminoso, uti Optica docet. Auditus non aliter, ac medio elasticō moto, & modulato, tangendo partes, ac labyrinthicas aurium cavitates, uti etiam in artefactis observantur, scilicet gyptis in auditu speluncis, fontibus; in omnibus debet continuari annexio cutanea. In narium officina immediatus tactus necessarius est elasticī prægnantis suavi, vel insuavi elasticō tangendo mammillares narium papillas, ut non viso aromatico fumo, sed solummodo elasticō ideato talibus odoriferis, nares tanguntur, delectantur, vel molestantur. In gusto: Saporifero, cibali, vel potabili, requiritur expressus præfens tactibilis tactus, tam ex solido quam ex seini solido, ac potabili fluido, immediatè tangendo papillas linguae, palati, & organum annexum partibus organicis deglutientibus. Hoc non aliter accidit hac necessitate anatomica, ut partes, & consequentes omnes organicæ officinæ constructæ sint dependentes ex universalij nerveo, cutaneo indumento, quo operantur, & sentationis impressiōnem suscipiunt jucundam, vel molestam, & tali geometrica mensura, & gradatione, uti est impressio, & imprimentis efficacia in cutanea sede, ex qua, cum qua propter quam tangibilis sensatio obtinetur diversa, multiplex, uti organica varia Figuratio erit. In fabrefactis, licet ex eadem tabula, & in eadem

eadem tabula fiant impressiones variz, sem per tamen Motus tangibilis diversus, ita gradatim operatur.

XI. Ita statuendum venit sensori um tangibile offensivè officiens omnes sensus, ac sensationes, quia tactus universale cutaneum organum tribuens omnibus sensibus suanis annexivam incunditatem, vel dolorosam impressionem. Sensus singuli individui cutanei tenent impressionem, tam in Figura, quam in Sapore ideationis, annexam impulsionem ab universa cuti.

X. Alia præcisa causa quare tactus celeriter concupiscibile moveat, est id, quod statutum est, & plures elucidatum in paginis idealogicis, & iconologicis, scilicet motus omnes fiant celestes, acuti, motosi, aliquique ex Figurato glandiali, ovali, pyramidali, alioque modulato diverso: sic archealis, acidus, austerus, amarus, dulcis, aliisque Sapor, sive Figura acuta, ovalis, quadrata facit ex varia modulatione Motum, sive jucundum, sive molestem, celerem, vel motosum, uti modulatio Saporifera, & Figuratio.

XI. Fluidum efficiens nutritionis Motum est nobilis, ac præstantis Ideæ, & ita consequitur Motus illius organici, cuius alibile fluidum erit, nam anatomica necessitate Motus omnis naturalis, & etiam officiens morbosus sequitur vestigia fundamentalis alibilis. Quia in cute alibile copiosum est lymphaticum nerveum, arteriosum aliquantum, ac venosum, inde oritur, ut universalitate, & efficacia tacti audi fiat sensationis Motus exquisitus in cute; qui sufficiens est inmoveare, excitare, & conatum ducere omnibus annexis sensibus. Sapit lymphaticum nerveum copulatutum cum arterioso, venoso, caterisque universalem Ideam Seminalem, nam omnes partes, & officinæ seminales fecundantes, & ovulantes in utroque sexu his fluidis nutrientibus lymphaticis nerveis, aliisque gaudent; omnes ovulationes struentes Machinam oviparam, vel viviparam qualcumque, tam spermaticam, quam rubram, struunt talibus fluidis, talibusque liquoribus crescunt, nutriuntur, ac firmantur in modulatione tuba, &

spermatica Figura, & Sapore usque ad perfectum gradum exelusionis.

XII. Dum universa cutis tanto præstantissimo succo universalis nutritur, restauratur, ac emunctorium universale est, mirum non est, si universale indumentum singulorum sensuum deferat omne id in tangibili tactu, tam delectabile, quam triste, celeriter, & immediate concupiscibili; & dicensus tactus sedes jucunditatis, & tristitiae.

XIII. Cutanei tactus ideo celeres, capacesque in statu perfectivo movere, ac exticcare concupiscibilem officinam, quia annexione comuni, ac dimensione, eodem alibili succo gaudentes, ac singulis sensibus, annexione data. Est tabula ligans plures campanas, qua mota, veluti funis ligando plures officinas sonoras, ex unico iactu omnes moventur ab eodem universalis impulsu. Simili geometrica annexione, & *impulsione in defectivo statu*: compatiuntur omnes sensus, licet gradatim, data externa occasionali causa, molesta. Scabies, herpes; lepra, cæterique cutanei morbi solo tactu digitorum brachii, manus, statim propagantur per universam cutim, causa annexionis communis, & universalis alibilis lymphatici succi, qui semper irrorationem nutritivam internam, ac externam cutaneam deferre valet. Iucunditas, molestia, dolor eundem motum retinent universalem in perfectivo, ac defectivo statu: sic etiam præsidia unguentaria, & oleosa valent auxilium præstare sola una parte, vel non omnibus impressis, quia præsidium fit universale ex eadem aromaticâ structione, & annexione universalis articulorum inunctiones, id annotante ex causa utraque, scilicet ex lymphâ peccante in Sapore acri salino, & Figura gladiali. Eadem ratio, & causa demonstratur in defectivo Motu; ac salubri perfectivo.

XIV. Aridura cutaneus morbus in principio, sed ater, ac universalis fit in tota Machina vivente successivo tempore, unde tabescientia siccâ, areseus, destruens omne rosarium alibile, & irrorabile lymphaticum fluidum. Non pauci videntur ex solo contactu vestis, manuum, vel ex societa-

societate cubilis affecti arido, tabidoque morbo, sive sicca aridura. Hoc solo contactu fit, & plures vii sunt ex unica faciei fricatione, vel levigando morbosum aridum brachium, statim levigans manus arescat, ut pluribus aqueis lotionibus indigeat, ut ad pristinum naturalem statum ducatur. Sola levigatio manus tangendo aridam cutim suscipit tantam ariditatis molestiam. Causam habes in multiplicem, & quia lympha statim contrahit vitium, quia indolem retinet primi aquei fluidi in successione, & intromissione omnium salivum, tam naturalium, quam sylvestrium, & quia etiam innumeras cutaneis glandulis miliaribus annexis induita cutis: quarum singula porositatem, & annexionem continet successivam cum ceteris, & quia sine mora fugit omne apposatum exterritum qualecunque jucundum, vel molestum, & quia etiam lympha cutanea adiposa est, unde sua oleositate statim imprimitur, & fit susceptiva omnium saporum cujuscunque ordinis, sive juvantis, vel nocentis.

XV. Defertur tale vitium, talisque arescentiae cutanearum morbus successivo continuo Motu in omnes annexas proximas partes primò glandulosas, membranosas, adiposas, panniculum carnosum, ac in vasa lymphatica, & nervina, & gradatim in arteriales ductulos, venulas corticales, ac inde gyrematis universalis causa in totam ipsam organicam machinam; quæ immediatum consensum, & annexionem habet cum suis fluidis, quibus affectis saporifera destruktiva indole roscidi oleosi adhæsivi, incidit in universalem ariduram, arefaciendo ultimò panniculum carnosum.

XVI. Eset in praesenti petendum quomodo, & quare instantaneè ferè possit fieri arescentia universalis ex simplici tactu? Causas expressas multas habes, sed anatomica responsio eset, quomodo palea, stupra, aliudvè tenuissimum corpus vix igni appositum ignescere, & cinescere, ac indestructivam molem vergere. Diceret quisque esse ex nimia activitate agentis, & debili resistentia passi; sed meliori causa solves quesitum, dicendo, ex nimia saporifera, atrocè violenta solutione torridissimi salis exotici; lymphaticum sosci-

roscidum fluidum tenuissimum indolis glandulosæ in sensitiva officina cutanea offici, solvi, ideari; quia in annona saporifera saluum, & fluidorum sapore, tam multiplicis, & varii, quam tantique dissimiles in ordine activitatis, & fervescenzæ perfectivi Motus, & destructivi, tali sociabilitate, & annexione sunt, ut fiat in uno univocatio, in altero destructio; sic amarum addito amaro, acidum acido, dulce dulci, roscidum roscido, lymphaticum lymphathico, elasticum archeale elasticum, arteriosum arterioso, esurinum esurino, ponticum pontico, austерum austero, & sic innumeris saporibus herbaceis, plantiferis, oviparis, volatilibus reptilibus, verminosis, fungosis, viviparis, elasticis, & in naturalibus saporibus omnibus simile evenit instantaneum, restaurans, acidum, saporifertum, & Figuratum fermentum; & in his non datur morizatio temporis, nec longa intercapedo, sed instantaneus, sive celerissimus Motus in saporifera Figurata mole; quanto magis celeritas, & efficacia obtineri debet in Motu continuo, & idea saporifera cutanea, in qua tenuissima fluida sunt; & ideari apta.

XVII. Posita tali observatione difficile non est elucidare, quomodo tanta celeritas sit in perfectivo Motu, efficacia, ex simili sapore, & æquali Figura, idque totum in oppositione saporifera diametaliter accidit, nam undique sapor, & salina Idea destruit quod tenuissimum est saporum nerveum tenuissimum, uti acidum opponitur amaro, amarum dulci.

XVIII. In hac gradatione notanda est proportio geometrica gradata inter efficaciam passi, & destruentem Motum ut si ligno viridi, crassæ Figuræ apponatur ignis officinæ calcinariæ, quia activitas unius millies superat resistentiam alterius; fit inde, ut lignum viride celeriter arectat, cinescat: Si saccaro, melli roscidissimo apponas acidissimum spiritum salis, sulphuris, vitrioli, idem accidit; usq; celerissima fiat ideatio dulcis in acidum fortè, uti etiam liquores coloquintidis, aut alterius amaricantis dulci succo immisceas nulla data mora amarescent: Si acido pulveri ter-

re apponas copiosam aquam , statim pulvis lutescit ; tan-
ta succi depurati ducio fit instantanea ex gradatione utrius-
que : est astringens , efficacior sapor extrincans , solvens , ar-
tefactus , rarefaciens humidum , sive lymphaticam sedem , &
cutaneam extensionem , quam resistentia ipsius : ex efficacia
agentis millies robustior , validior resistentia passi lympha-
tici , ac roscidi , fragilisque , Ideæ , id totum accidere de-
bet . Ex dupli capite efficaciter suasus quisque erit . Pri-
mùm cuique patet , quod in Figuris , & Saporibus etiam sit
observabile , ut una Figura omnimodè , & undique oppo-
natur uni , & gradatim aliis , V: G: Figura perfectè sphæri-
ca undique oppositur Figuræ longæ , minus triangulari ,
pyramidali , ovali : sic sagittalis , gladialis Figura , qua-
dratæ , & sic etiam gradatio circa singulas circumscriptiones ,
& motiones saporiferas . Sapores sunt , tam gradati inter ip-
sos , ut unus sit totaliter destruetivus alterius , & non aliorum ,
sed offensiuus in aliis , non destruetivus . In causa tabidæ are-
fcentiaz ex simplici tactu ipsum idem evenit , ut Sapor tan-
gentis sit destruetivus Saporis cutanei tacti ex omnimoda , &
totali oppositione lymphatici possibilis torrefaciendi succi .
Mirum non est si forsè simplici tactu destruatur roscida ,
subtilis , suavis , tangibilis cutis . Alterum caput efficacissi-
mum est penes omnes antiquos græcos , arabes , latinos
Authores , scilicet generari in corpore humano succos vene-
po similes . Id quod illi dixerunt penes præsentes anatomi-
cos Authores , quotidiè observatur in liquoribus venenataz
saporiferæ indolis , ut valeant instantaneam deferre destruc-
tionem vitalem in machina vivente : Sunt alii sapores gradati ad
tempus , brevè , mediocrè longum ; Quæ gradatio etiam ob-
servatur ordine copiaz offendendæ , & dimensionis ostensi-
væ . Sapores , & Figuræ naturales eandem gradationem te-
nent in motu vitali . Viperinum venenum , bufonis in ve-
sicularis cutanæ contentum , aliaque venena elasto delata
in aperienda epistola , odore destruente volatili instantaneæ .
Hæc venena saporifera tantam celeritatem obtinent , & op-
positionem in destruendo archeale luminosum fluidum , ut
tam celeriter agant nimia saporifera , & Figurante Idea ve-
ne-

nenosa : Alia venena sunt , quæ successivo motu , & graduato offendant , lædantque machinam plus , minusque in diversitate organicarum partium , regionis , & fluidi : talis Ideæ saporiferæ sunt sylvestria exsiccantia , torrefacientia lymphaticam , tenuem , suavemque indolem cutaneam ; & tali efficacia , ac gradatione nonnulli sapores offensivi potius depravant sedem animalem , quam vitalem , vel naturalem , & alii sint molestantes naturalem sedem potius , vel vitalem , quam animalem , potius lympham , quam acidum , potius amarum , quam austерum , &c.

XIX. Dupli offensiva depravatione læditur vivens Machina in aridura externo tactu delata . Una orta ex universa cute induente totam viventem molem , ipsamque custodiendo ab externis injuriis , & muniendo tangibili universalis sensatione , deferendo omnes cribrandas depurabiles fœculentas excretiones , & devehendo sua circulari glandulosa miliari copia omnes successus naturales , mediante insensibili filtratione , & dimensivo madore : quæ filtratio , & depuratio , non fiunt , dumarescit , & dura fit cutanea sedes , & tunc deficit unum ex præcipuis universalibus emanationiis . Quo defegu depravantur intrinsecè omnes reclusi circulantes liquores , ex qua tristis fœculenta copia retenta & morosa omnes reliqui motus lædente , febriles , morbosli consequuntur . Altera causa est gravis , nam annegitur morbosus torrefaciens sapor liquori semi universalis lymphatico , quo necessariò irrorari debent omnes nutriendæ partes & præcipue spermaticæ diætae , omnesque singulæ , seminalem . Ideam habentes , unde rosciditas adhæsiva successivo motu lymphæ defert torridam Ideam , non solùm nutriendis singulis partibus , sed quod peius est , illas singulas ideando sapore torrido destruëtive . His depravatis successivo motu fluidis naturalibus necessariis in restauratione , initiant deficerre , ac depravari omnes conservantes , perficientes officinæ chylosæ , cribrantes , illuminantes , cruorizantes , archeales , vitales , nerveæ animales , & gradatim omnes fluidæ partes , indeque solidæ , usque ad medullares ossæ , internasque medullas .

XX. Non tantummodo flavescent fluctus semifoliis, & solidis partibus ex torrido arescente sale, saporeque destruente rosciditatem alibilem adhesivam, & irrorationem primum lymphaticum succum; at etiam oritur incapacitas organica susceptiva. Mobile alibile non solum debet duci, sed etiam recipi, ut nutritio fiat, ac restauratio. Arida planta non solum arescit privatione alibilis naturalis liquoris sapotiferi, at etiam incapacitate Figuraz, nam utrumque requiritur in nutritione, & sapor consonus & Figura capax. Arescentia cuiuslibet organicæ partis solidæ destruit primo Saporem, indequè porositatem, sive consonam Figuram naturalem, redditque illam strictam, incompactam, sive motu suctionis officitur. Lignum aridum, seve planta, herba, licet madefiat, ac utidique irritoreetur copiosissimo aquo, fluido, tamen non nutritur incapacitate usque: sic virentia, nutrictio, restauratio exigit, & Saporem consonum, & Figuram naturalem, quibus privatum qualibet pars in arescentia. Hac præcisa causa quare ingra- vescente ariditate, & torrida Idea in machina vivente, quartvis adhibentur suavissima roscida, tam lymphatica, quam oleosa, non consequitur nutritio, nec restauratio, tam ex remotione primæ originis non chylificantis ex depravatione succotum esurinorum Sapore peccantium, quam etiam ex altera causa, scilicet incapacitatis susceptivæ ex deperdita Figura naturali, vel gravissime depravata; sic nutritio, ac restauratio adhesiva non agitur, neque Machina in statum naturalem docitur ex utraque eprecta causa.

XXI. Tali anatomica culpa sat elucidata in morbo aridura dictio: esset correctio præbenda ab initio, dum capax sit organicæ cutis, & Machina ipsa ab initio lotionibus lymphaticum restaurantibus, ac corrigentibus, ut essent omnia suavia herbacea insipida decocta in simplici aquo fluido, ut multoties iis tota cutis extriceretur, ut assumentur salia sylvestria ducta in cutanea sede, ac ibi aridram conservantia molestè: Qua' extricatione tepida herbacea universaliter, ac plures repetita, tunc immediatè ini-

versam cutim late humapo, vel capitulo, diligere, & tali repetitiōne longa, continua adhibit, ac veris aquatilibus ratis, canis Hinc componeſe ſum ſtomatico cacao, ut pri- mū fluidum lymphaticum ſpolietur à torrido, aridoque ſalo; indeque reficiatur ſimiſi prædicio aequalitatis ſperma- ticas partes internas, ac cutaneas exteriores, tantis replicatis viſib⁹ manē, ante prandium, & tempore vespertino, nec in obliuionem ducere potiores albas ſemper cum cacao uni- tas ex dulcibus amygdalis, ſeminibus papaveris albi, ac pul- veribus simplicibus ex veris margaritis, ut non ſolum copioſum primum lymphaticum fluidum principaliter corrigatur; ac quoque ſucessiva delatione, reliqui annexi ſapores, & li- quores naturales torrida Idea depravati ex ſale torrido, in- tronit in totam maſſam fluidam ex cutanea ſede, in par- tes ſolidas, mendentur.

XXII. Successiva inspiratio elatica moleſta, efficacis iſ- ſima cauſa aridurz intrinſecz, quia ſucessivus motus inſpi- rationis defertur gradatim in omnes moveados, liquores, & officinas naturales, quas imprimet elaticum moleſtum illa Idea, illoque ſalo, vel cædofitate, qua pollet; Hinc eſt, quod iſpum elaticum ſit univerſalissima cauſa morborum epidemiorum, nam ipſo offendo, inſpiratione neceſſaria ſucessiva delata in totam machinam, & motum universa- lem, qui contiguus ſucessivus, & ſemp̄ eſt, ideoque omnes liquores, omnesque naturales partes taliter ideantur perfeclive, vel defectivè in tota machina. Subintrat elati- cum iſpum non ſolum omnia fluida, ſanguinos canales, du- quis, & officinas, ſed ſuo motu ſucessivo coniux, & ſemper, ideat machinam ſolidam, & univerſalem; ſic ide- atum ſuceptis ſalibus torridis deſtruentibus roſciendum natu- rale: illa vitio, eademque moleſtia univerſam Machinam offendit in principaliſſimis fundamentis, ſcilicet ſaporibus, & Figuriſ naturalibus annexis, & neceſſariis in qualibet viuentे machina; ideoque morbi pectoris, & praecipue ulceræ pulmonis ducunt univerſalem tabem, non ſic ulcerationes reliquorum partium. Lymphaticum ſerum ſervans in Machina viuentem

eumdem ferè usum in nutritione continutum, successivum, & sempè, parit universales morbos, ut depravata lympha gravissimè, & torrefacta reliqui liquores depraventur, ut ab elastico universalis.

XXIII. Quæ maximè, & in principio præcipue omni celeritate habita adhiberi debent in atescencia tabifica, torrida universalis, & præcipue in corrigendo ipsum lymphatique cum torrefaciendum fluidum, & cum ipso eadem Idea depravandos reliquos annexos liquores naturales; sunt ezy, quæ sapient internam lymphaticam indoleant, uti balnea aquarum dulcium continua, non concessa mota affinitem probati, nam methodica præsidia id totum corrugunt, potus aquæ ex destillato in balneo m. ex lacte caprino immediatè expresso, & per alembicum vitreum delato, relictæ sic magdaléone crasso caseoso, quo offenduntur officinæ proficientes ductis ducentes, & nutritio consequens; ita quoque potus aquarum stillatum florum nimis, tectorum fluvialium, & tanarum, ut torrida salia, saporesque salini corrugantur in dura Figura, & salino sapore: sempè in principio, ne præsidia varia sint, dum partes organicæ non totaliter omiserunt consonam Figuram, totaliterque Saporem, nam destruta Figura, vel omisso totaliter Sapore, omne præsidium nullius efficacia erit. His methodicè adhibitis, & in principio, non difficile erit ducere Machinam viventem in pristinum statum, nisi arefactus erit panniculos carnosus.

XXIV. Huic cutaneo motbo opponitur nimia obesitas, sive cutanea auctio pinguedinis superans naturalem statum. Lymphæ oleosæ, & copiosæ adhaesiva oppositio nutritiva illam dicit. Est motbus in aucta dimensione, indegitque diminutione, quæ sola perfecta diætetica obtinetur, abstinentia à nimio carnium usu, ac oleosis, & roscidis Saporosis: utendum suavi diaphoresi progressivo Motti corporis, ut transpiratio fiat, & superfivum corrigatur.

XXV. Asperitas, sebifities, laxitas cutis, vel intertia, ac externa corrigitur iis præsidiis, quæ suavem, ole-

140. MICROLOGIA MÉTHODICA

ofamque reddunt lympham ipsam, uti potionis alba ex seminibus majoribus, amygdalis, & externa lotione amygdalina oleosa pingui, lactifera, herbacea, ut miliares glandulae cutaneæ, ipsaque insidens lympha iis corrigatur.

XXVI. Si quis virtuosus ferat quæsitum in morbo cutaneo variolarum gravi, & non levi morbillorum, an lymphaticus sit morbus, an mistus dicendus? Cui quæsitum distinctè satisfaciendum venit. Si loquatur de puris morbillis, dicendum anatomicè venit ex lymphatico succo fieri, nam ex lympha acris Saporis deducuntur morbilli, & ex illa lympha deducuntur, quæ longitudine gestationis, non sicut cribrata in utero, unde fortior reddit, & acutior, fermentationem concipit, precipue in infantili ætate, & per emundatorium universale proprium cutaneum spoliatur a' tali seminali lymphatica morosa intromissa Idea; nam simplici sudore simplex morbillosa affectio deletur: Si alii occasioales annexi succi molesia afficiantur, unà que simul cum lympha, cutim emundatorium universale affecerint, tunc spoliari debent per alia emundatoria, scilicet hemorrhagiam, vomitum, alvum, quia cutanea excretio non est tunc ex lympha simplici ipsa morante, sed ex reliquis sucis lymphæ annexis. Universale tamè præsidium est in decoctione, & potu replicato ex decocto rasuræ eboris, cornucervi, & viperinis potionibus, sive juribus, ut rancidi Sapores solvantur, & corriganter; vero ligno aloe, præstantissimum auxilium corrigenis cordiale lymphaticum, sapiens Ideam aliqualem semifinali, & per consequens annexiore similitudinis efficaciter valet corrigerre tale eterogeneum fermentum.

XXVII. Variolarum cutanea morbosæ eruptio fortis, quia ex mistione plurium succorum nutrientium depravatorum ducitur, ideo tuberculosa rotunda, varicosa eruptio, unde rubicunda, purulenta, eterogena suppuration, & tali suppuratione terminatur, & non data totali recta eruptione, ac consequenti suppuratione, sèpè sèpiùs obitum defert. Tanta aliquando eterogena, magna copia erumpit,

pit, ut usque ad pinguedinem purulentia deferatur. Vi-
dentur ergo tanta atroci variolarum eruptione affecti, ut
tota cutis in suppurationem delata sit, ut post totalem sup-
purationem aliam duxerint imaginem.

XXVIII. Tanti cutanei variolati morbi, ut inno-
scant causæ præcisæ adjungit, foventes, & universalita-
tem in tota cuti ducentes, sciendum, est omnem generatio-
nem fieri in ovipara, & vivipara specie ex fluido spermati-
co indolis, & impressionis Saporiferæ, & Figuræ lym-
phaticæ Ideæ, sapiente impressionem seminalem; & hoc
tam in ovario fœmineo, quam officinis virilibus. foecun-
dibus, habentibus Ideam spermaticam nutritivam, unde
tam Figura, quam Sapor, & nutritio auctiva foecundans,
struens assimilatur lymphatico succo, quo construuntur
partes ovales fœmineæ, talique succo in virili sede fit foecun-
datio. His lymphaticis nerveis succis, tam in virili foecun-
dante, quam in fœmina ovulante sede fit fluidorum, ac
solidorum organicorum structio.

XXIX. Tempore gestationis nutritur, augetur, per-
ficitur, & firmatur conceptus foetus usque ad exclusionem.:
quod tempore non solum partes spermaticæ solidæ, rubrae
nutriuntur, augmentur, & firmæ redduntur, sed illa fluida
alibilia, & cuique organico similia, & consona, scilicet al-
ba spermaticis, sanguinea rubris augmentur, sed quo meliori
sanguine, præstantiori alio, & lymphatico fluido ruscido,
spermatico firmantur gradatim singula: tunc temporis, il-
lisque mensibus filtrari, ac cribrari per uretica vasa, per
sedarem cutaneum, & uterinæ canales deberent spoliari sin-
gula fluida, at tempore gestationis multorum mensium nul-
lam ex fluidis maternis delatis ad fedem nutritivam gestan-
tem uterinam perficitur, nec filtratur per expressa emuncto-
ria, & vasa; ex qua, talique universali massa muliebri fluida
non filtrata, non depurata nutritur conceptus foetus in utero
universaliter, tam rubro, quam lymphatico, & singulis, ex
quo habetur excretio puerperia ad exonerandam muliebrem
maternam molem, sed non totaliter, & id, quod fuit nu-
trientis

triens concepti foetus, & transivit in structionem machinae conceptae, remanset, tam spermaticum, quam rubrum depurandum. Ultra etiam infans, dum prodit in lucem, nutritur lacteo liquore stillante ex tota Machina materna, qua lactis Idea etiam spermatica, quamvis eterogenee modulationis sufficiens restaurare, nutrire, & augere infantilem machinam usque ad tempus cibale. His causis, tam fluida non cibrata in utero, quam alibile lactiferum Fluidum prebendo tales Ideas intrinsecas Spermaticas, Lymphaticas, rubras, subacidas, salivales, nerveas, osseas, cartilagineas, glandulosas, singulasque alias necessarias, ad perfectae organizationis fortitudinem, & machinae infantilis durationem fit, ut.

XXX. Talis liquor universalis primas dicens vices initiantes, & ultimantes foetum tempore gestationis suscipiat non solum Ideam morborum generantium Figuram, & Struturam parentum similitudine Figuræ, Saporum, & morum, sed prodeunt consequentes operationes ex hoc fluido universalis nutrita in utero Machina infantilis ducit indolem depravatam, quæ concipiens tempus filtrationis, & cibrationis ducit fermentum in fluidis ipsis in excluso coetu, & ex mora habita hoc accidit, unde spoliari talibus fœculentis impuritatibus solida Machina, & precipue cutanea universalis sedes, quæ prægnans est singulis fluidis suscepta interna fermentatione ex fœculentis morosis ducit cibrationem omnium fluentium succorum tempore gestationis, & lactationis non cribitorum.

XXXI. Tempore gradato hoc accidit, & talis motus cibrationis, quæ cibratione plura agnoscit, & temporis longitudinem, virilemque ætatem, vel brevitatem, infantileque tempus; agnoscit quoquæ copiosam, mediocrem excretionem, vel levem; agnoscit motum febrilem universalem, consequitur conseruentia, vel obitus horum distinctionis est.

XXXII. Tempus breve, longum, mediocre à nativitate infantis oritur ex seminali Idea patentum vivaciori morosa, depravata, dependente, tam ex ipsis formicis ova-

ovariis, & virili fœundante fluido ex morosis, torpidisque parentibus, unde motus omnes naturales tales consequuntur; quam ex aliis consequentibus: Vegetantium feminum germinatio celerissima, brevis, longa, uti sunt fumentacea, omnia, rapa, lolium, triticum, cicer, faba, singulaque alia, gradantur in germinatione celeri, longa, brevi, uti sunt eorum perfectivi Sapores, & struentes Figuræ; tales Figuræ, & Sapores gradatim impressi in fermentatione successiva germinante tale in ducunt motum celerem, mediocrem, longumque morosum; & non negligendum in his universale elasticum volatile, cœnatum, mediocre, meridionale, respiciens ortum, vel occasum, ex quo accidit non solum universalis motus in omnibus viventibus, sed etiam gradatio celeritatis, & brevitatis. In variolis, & morbillis, earumque eruptione talis Idea, talisque gradatus motus extricans fluida naturalia, ad expellendū narium seminale suscepimus, tam tempore gestationis à fluidis alilibus maternis, quam lacteis in exclusione. Est etiam alia causa, quæ celer, mediocris, tardus oriatur eruptionis motus, aliquando infantilis, puerilis, pubertatis, virilitatis, & etiam senectutis, ex seminalibus fœundantibus fluidis lucidis puris: Quæ fluida gestationis tempore in prægnante servante perfectam die tetricam, ac utente optima serie cibali minime offensiva, inde non depravantur fluida ipsa, nec solidæ partes concepti fætus. Hac gradatione oritur distinctio eruptionis, tam ordinè parentum, elasticis, & omnium procarticarum causarum, unde copiosa, mediocris, levis eruptio oritur.

XXXIII. Sic consequitur febrilis universalis motus extricans, gravis, levis, mediocris, lethalis ex fluidis parentum seminalibus, elasticis, causis occasionalibus copia mole ponderositate, quibus talis advenit filtratio, cribra-tio levitate, mediocritate, & gravitare affecta. Indigent omnes partes, tam solidæ, spermaticæ, & rubræ, omniaque fluida spoliari iis fœculentijs, quibus, quantisque idealitis fuerunt à parentibus causis occasionalibus, & præcipuo elasticu-m volatile cœnato austro, orientali, boreali, occi-

dem

XXXIV. Salutarem suppurationem incurvant variolæ post eorum perfectam eruptionem; Motumque deparativum filtrantem omnia morosa fluida tempore gestationis non cibrata: qui motus celebratur spatio novem, plurimum dierum, ut plurimum, uti depuratio copiosa, vel medicis erit, suppuratione accidit ex polycreste delato sanguineo fluido in cutaneum emundatorium, in quo universa fluida expurgantur, & eorum eterogeneitate varia accidit suppuratione. Si salutaris erit paulatim contentus eterogeneus succus variolosus ducitur ad gradatam suppurationem, & transpiratam evacuationem. Si mortifera fuerit eruptio variolosa, vel causa vitalis motus deficientis ex succorum cribrandorum internorum nimis Sylvestri Idea, tenacique Figura; tunc suppressa motione ex ideali Saporifera interna impressione seminali, turpi, gallica, tunc eterogeneity sapora cribranda ex tota interna Machina fluida potius supprimitur, ac morositatem in sede cordiali aliisque annexis efficit; unde, nec perfecta eruptio, nec suppuratione, sed mortifera morizatio destruendo universalem motum extricantem, ac volatile elasticum impulsivum ex depresso Figris, deficiente luminose, impulsivo, fermentante, expellente, quamvis cordialia praesidia intus exhibentur; uti jura volatilia ex viperinis carnibus, tinturis cordialibus alcherminis ex vero ligno aldetico, ac nervino, ambragrisea, aqua hyrundinum, & in precipiti causa cerussa stybii, magisterio cordiali, potionе elexipharmacа, aquis theriacalibus, decoctis fortibus ex cornu cervi, non negligendo omnia nervina, maximè moventia, ac volatilizantia nervinum lymphaticum, cordiale elasticum, pondere, & gradatione modulata ex vitibus, annis tempore, metbi statu, & aetate, ac sexu.

XXXV. Ex sapore acido, austero, vel copia secerendi, ac Figuræ tortuositate, ac crassitie filtrandorum succorum naturalium, & præcipue lymphatici fluidi, elasticò boreali, ac hysmalì torrido, ut plurimam insufficiens motus fermentativus, & expulsivus debilis redditur, unde flu-

fluida, liquoresque omnes non dacuntur ad perfectam extricationem, & consequentem cutaneam expulsionem, sed potius coagulatione afficiuntur: quo casu, quia motus est unicum praesidium in omni opere vitali, fermentativo, expulsive, depurante, diminuitur, aboletur, ex qua morizatio-ne destruitur vitalis machina: offenditur multipliciter talis motus extricans, fermentans, non solum ex acido austero sapore, Figura tenaci, expressive occassionalibus causis, sed etiam ex vappidiitate saporum incapaciump suscipere fermentationem cribrativam, acciditque ut plurimum ex lymphatico succo insipide, copiose, & cænosæ indolis, unde tardus, insufficiens redditur motus ex tali molestia; vel etiam ordine ætatis senilis, in qua debilis, & morosus omnis motus, omniaque fluida crassa, torpida, & copiosa, non facilitè capacia suscipiendi motum extricantem, & præcipue in lymphatico fluido illa getate crassescente, & moroso existente; unde incipit aliqualis motus fermentativus, sed non perficitur ex torpido sapore, crassa Figura, & copioso lymphatico succo, cum quo semper, & in quo persistit motus extricans, non habens ferviditatem necessariam, sed potius torpiditatem; unde ut plurimum lethaliter fiunt, quamvis volatilibus expressis auxiliis adviventur. Oppositum accidit in annitempore æstivo, gravi, ætate ivvenili, structione salina; in qua ætate nimis fervens mæssa fluidorum, & nimio motu fermentativo affecta, & etiam ex causis occasionalibus ducentibus volatiles sapore, acutaque' nimis. Figuras in omnibus naturalibus cruorizantibus succis, & præcipuo lymphatico fluido; unde eruptio gravis, magna, copiosa, indistincta, conficiens unam dimensionem quasi erysipelatosam, & tunc præsidia utilia ex iuribus ideatis margaritis, cancris fluidalibus, aliisque frenum dantibus singulis fluidis, volatilibus, spinolis, ac præcipue lymphatico fluido. Obtinetur auxilium conferens, tam in variolis, quam in morbillis, sudoris levis eruptio, ac ea, quæ valeant parare expressam saporiferam pungentem Ideam, ac pungentem Figurationem.

XXXVI. Vivipara Machina, non ovipara, quia pluma-
mota, vivipara, sed non brutalis pilosa, morbillis, & variolis
afficitur: causam habes, quia in plumosis, squamosis, non
habetur menstruatio, sed continua excretio ad cutim, in
plumas, & in pilosis viviparis, non solum deest menstrua-
tio, sed est continua excretio cutanea pilosa, qua excretio-
ne continua cibratur universa Machina, & singula brutalis
pilosa, equina, leonina, caprina, ovilla, &c. In qua
Machina pilosa fluidum lymphaticum est in diminuta copia,
& salivatione tenui idem gaudent. Sicuti in vivipera mole
humana nimis capillata paucitas variolarum, & morbillarum
causa excretionis continuæ capillata, qua spoliuntur,
& teprugantur naturalia fluida. Eadem causa duplicati Mo-
tus, tam morbillosi, quam variolarum in nonnullis ex di-
minuta, & irita cibratione cutanea, unde pluribus vici-
bus, ut experientia docet, morbillis, & variolis afficiuntur.

G N O M O N VI.

Ex Lymphatico Seminali Succo Morbi Gallici Productio, Scrutinia ducitur.

L Allicus philliticus morbus atrox, ferens tam
continua seva universalia symptomata in Ma-
china humana. Universalis Motus, ut nesciat pars quælibet,
tam fluida, quam organica suam effugere molestiam.
Proh dirum, nauseosum, deplorabile infortunium offendens
pulchram ætatem, ut placidum, honestam societatem, ac
religiosam morum custodiam. Est universalis morbus perti-
nax, trucidans, quia ex polycresto, volatili, seminali suc-
co, lymphaticoque fluido liquores omnes principaliter offendens
in Machina vivente ipsa humana. Hæc universalis lues
tangibili sensatione contrahitur, quoniam concupiscibili ma-
xime adhæret, quæ impellitur, ac defertur eadem annexio-
ne. Hæc omnia exposunt universalitatem tangibilem sen-
situm.

sitivam, & polycresta sensatio augetur, conservatur nutritivo suo saporoso fluido cutaneo, spermatico, nerveo, lymphatico, in quo suco nerveo alibili residet nervea delegabilis sensatio prima cutanea tangibilis, & consequens altera: Tali fluido stimulatur, extricatur tangibilis sensus: turgescit vita, convulsionem delectabilem patitur vivens machina. Ipso utitur fluido sensus, & ovulantes officinæ, foecundantes sedes viriles, ac omnia, spermatica seminalia ex tali fluido moto, & extricato successivum refinent Motum, unde consequitur delectabilis sensatio.

II. Nutritio, aquatio, turgescientia, sensatio, propagatio, successiva foecundatio oriuntur ex alibili modulante, extricante succo, & omnia singula expressa. Tale alibile semper spermaticam indolem habet roscidam, & tenet pro suo fundamento succum lymphaticum, universalem nervum modulatum in officinis foecundantibus, quæ nervas impressiones, & extricationes suscipiunt ab illo. Igitur sensationes, nutritions, foecundationes oyulationes semper sunt, & sunt à talibus spermaticis succis, ac sedibus concupisibilis sensationis, ordine, & Motu perfectivo naturali; uti pariter in defectiva morboſa motione culpantur eadem fluida, dum eadem partes, ipsæquæ operationes, ac annexi Motus succo molesto simili depravantur.

III. In gallica lue semper sensus tangibiles, & sensationes patiuntur ex tangibili cutanea sede, tam universalis, quam particulari modulata in varias sedes sensuum, tam ocularis visionis, auditus, reliquorumque tangibilium sensuum, Solus nudus tactus trahit partium sensituum Motum, ut deferatur ex universalis succo omnis distincta, varia sensatio, & singula morboſa tangibilis lues. Hoc non alia causa, nisi similitudine partium fluidarum, nutriendarum, organicarum, ac restorationem suscientium ex eodem fluido saporifero figurato: Eadem vigeat anatomica, casualis annexio, quare in scabie vera cutanea patiatur externa pars, & unâ insimil molestantur internæ similes, quia eodem fluido nutriuntur, & molesto depravahtur. In opinione

nerveo morbo, uno fœso organico, alia organica similia, compatiuntur: articuli dolore, dum molestatur aliquod organicum, si causa erit ex eodem fluido vitioso, de facili officiuntur aliae articulationes, quæ eodem fluido restaurantur. Similitudo organizationis, æqualitas nutritivæ, ex eodem succo spermatico, non solum spermaticam molent, restaurat, & solida universaliter omnia, sed etiam ex communione alibile incurvant in Motum perfectivum, vel defectivum. In venerea lue semper, vel ad minus sèpè ex una laborante sede, morbificæ redduntur aliae, causa circulationis universalis, & fluidi perennis in universalem Machinam, singularisque partes tali pravo succo ideatas. Illæ partes magis celerius, efficacius afficiuntur morbosæ Idea, quæ simili succo efficacius nutriuntur; aliae tardius, minus lèduntur, & per consensum annexæ ex intrinseca modulatione similitudinis saporiferæ, & figuræ albilibis. Omnis enim Machina vivens taliter offenditur in morbis longis, ut per gyrema fluidorum ex temporis longitudine, & successiva impressione similem indolem contrahant. Morbi individui, si longo tempore perdurent, ex eadem causa reliquæ partes machina depravantur. Radicibus, efficacibus, & fundamentale offensivum per essentiam in omni morbo fluidum illud alibile depravatum, quo nutritur in statu perfectivo, & in opposito defectivo indole depravatum: Fit etiam universalis in Machina vivente morbus ex Idea universalissima seminali, ac ex fluido universalis Machinam ipsam nutriende. Ideæ seminales sunt universalia fundamenta initiantia totam viventem molem, & singulas partes. Est seminale fluidum paucifimum fermentum, extricans, ideans, imprimens suum saporosum moventem succum, extricantem quamlibet massam farinaceam, tam tritici omnis speciei, fabæ, ciceris, lolii, hordei, reliquo rumque cæterorum frumentorum. Sic seminale fluidum in extricatione ideante, ac movente intrinsecum fundamentalem succum, non solum ideat, ac suscitat, sive extricat partes similes, illas albas farinaceas sibi consonas in Sapore, & Figura æqualitatis, sed etiam alias sibi non similes totanter =

ter: non solum molles, fluidas, fluentesque nutrientes, & semiunales imprimis, at quoque duras, ossreas, singulareque rubras in Machina: tali tamen discrimine, ut celerius, fortius, & facilius sibi similes primò extricet, inde semifluidas, durasque dimensiones. Rubras, roscidæ, tenues primò à fermento panificio extricantur in massa farinacea simili, inde in mindis simili, & gradata specie frumentacea, hordeacea, fabacea & tali prorsus ordine, ac modulatione fermentum universale in seminali fluido extricat, nutrit omnes liquores gradatim similitudine, & æqualitate, indeque geometrica mensura reliquas partes semisolidas, solidas, spermaticas, rubras.

IV. Fermentum quodlibet licet vitali Motu privetur, attamen modulatione Saporum, & Figurarum concipit extircationem, sed gradatam, tam ordine temporis, quam efficaciam. Fluidum universale nutriend eadem signat vestigia in nutritivo, perfectivo Motu, ac morbo defectivo, uti pluriē elucidatum in Idealogia, ac magis in Iconologia. Habet fluidum in defectiva, molesta suscep ta Idea talem universalitatem saporosam æqualem perfectivo ordini, & tali gradatione agit. Aquēum fluidum in statu naturali irrorat, diluit, nutrit herbas, ac plantas universalissimo Motu, & Idea perfectiva; at si eadem aqua reddatur aluminosa, sulphurea, aliaque molesta, depravata Idea induita, si irroret eadem herbas, vel plantas, eadem molestia depravat illas, in nutritione, irratione, & dilutione circa partes omnes fluidas, & solidas, quia universale fluidum, uti agit perficiendo, ita offendit depravando.

V. Gallica Lues universaliter lœdit Machinam vivensem in fluidis, & solidis ex dupli causa, quarum prima est ex seminali Idea. Omnes enim partes solidæ, singulique succi naturales initium habent ex generatione, ducuntque primam illam annexam, firmamque Ideam, ex qua morbi hereditarii migrant in filios: quæ seminalis Idea ab initio residet in quolibet succo alibili solidas partes Machinæ, unde similitudo, dimensio, æqualitas inter Parentes, & natos;

tos ; talique impressione gaudet utraque machina in vivente organico , & fluida , alibilis , & solida , firma . Seminalis sedem agnoscit venerea lues , & seminales similes dum depravat , offendit succos alibiles , solidasque partes . Seminalis sempè annexatur similibus seminalibus , uti quilibet liquor naturalis ; inde est , ut celeriter in offensiva Idea , & defactivo Motu primò offendat seminales sedes succos , & consequentes similes partes . Altera causa , quia universale alibile seminale fluidum est ipsum nerveum lymphaticum , irrorans , ac nutriendis omnes partes spongiosas , glandulosas , & spermaticas , etiā durissimas ; unde phillitica lues præcipue solidas spermaticas partes primariò , ac principaliter offendat : Seminales ducuntur lædentes succi singulis partibus , unde quilibet , singulaque organica à cutanea usque ad osseras tanta successiva depravatione molestatur . Cutaneo tactu , idè contrahitur talis morbus ex nutritivo succo lymphatico nerveo annexo universali cutaneæ sedi , similitudine Figuræ , & saporiferæ Ideæ ; ex ea cutanea sede in reliquo succos , & solidas dicitur partes .

VI. Stabile , firmumque tenendum in tali phillitica , lue præcisè lædi nerveum lymphaticum fluidum , ex quo saporifero alibili universali liquore , uti læduntur partes , sic ex eo correeto , etiā tota Machina corrigitur , tam fluida , quam solida ; idèque ptyalismica , sive salivalis spuitio ex mercurialibus deductio , expellit corrigendo extricatione , cibranteque Motu salivalem succum , qui in labyrinthica glandulosa sede uvartoniana ideatur , ac defertur ex lymphatico succo .

VII. Tanta simili Figura , & Sapore etiam annexatur mercurius vivius , vel quomodocunque mitigatus in dulcem , præcipitatum , diaphoreticum , emeticum , alvinum , ptyalismicum , sola ideatione aliorum annexorum , & ad tempus ; nam omnia mercuralia , & stybiaea suscipiunt avidissimè elasticam Ideam , unde indigent successiva correctione , nam redeunt iterum in propriam naturalem Ideam . Aqua primum fluidum , dum multipliciter diversa modulatione de-

G N O M O N VI.

151

defertur in varia opera; at longo tempore iterum redit in propriam aqueam Ideam. Plantifera, herbacea, & singula ea irrorantur, & augmentut aqua, ac variam multiplicem suscipit saporiferam Ideam figuratam: attamen non destruitur universalis Idea aquæa, sicuti in primo aereo elasticò evanescit, quia universalis Idea gaudent.

VIII. Mercurialia symboleitatem tenuerunt cum illo fluido, quod etiam universale est, uti lymphaticum primum universale fluidum in Machina vitali, illoque annexatur ex qualibet parte delatum, & modulatione exhibitum, sive ex cutanea unctione, masticatione, fumo in hypocau-
sto, alioque ordine delatum; quia tali lymphatico fluido universalis annexatur, quo dato Motu in tali lymphatico fluido ex mercuriali Idea, obtinetur Motus extricans, sive separans lœsivam philliticam Ideam annexam lymphæ ipsi. Alia causa est, quia vitiosum in Figura, & Sapore phillitico redditum fluidum ipsum lymphaticum, dum extricatur flybiatis, vel mercurialibus, quod depravatum est, ponderosius, & in dimensione copiosa ex eorum copula, quæ in doles Figurata, & Saporifera expellitur, sive non potest associari officinis, canalibus, ac solidis partibus, unde ad propria emunctoria ducitur salivalia, cutanea, uretica, vel alvina.

IX. Cur longo tempore, brevi, mediocri fiat salivatio mercurialis, ut aliquibus copioßima, nonnullis mediocris, quisbusdam tenuis sit. Respicere oportet annitemporis Motum, & patientis molem, ac lymphatici succi dimensionem. Aliquando debet solvi lymphaticum vitiosum, morosum, gummosum, officiens non solum se ipsum, sed annexos naturales liquores depravatos; ideoque bonum tempus necessarium ad extricandum tale lœsum copissimum fluidum; uti annitemporis deversus. Sunt nonnulli, qui hyemali tempore cynaberinos mercuriales fumos, unctiones suscipiunt, & in his non solum custodia strictissima hypocausta est necessaria, ne elasticò boreali, glacioſo impediatur extricationis motus, sed quoque quod solutum est, ne iterum morizetur, & sic offendit.

offendantur: In ætate roscida, forti juventutis, & patientis, ac gradatione occasionali habita, quibus varia evenit evacuatio.

X. Est tantæ efficaciz mercurialis metallici auxilium, ut potens sit non solum extricare lympham graviter læsam, & ad emundatoria ducere, sed quodque gummata cutaneo profunda, perioristica solvere. Est mercurius talis Figuræ, ut intimè se ipsum annotet simili, æqualique Figuræ aqueæ, illamque solvat, dum non omnimodam similem Figurationem inveniat causa luis venerez, nec illum Saporem lymphaticum in Machina læsa: Hinc se annexens mercuriale, corpus suo socio lymphatico fluido læso, sua modulatione illud sibi æquale reddere tentat, quo casu solutio ab impuro evenit, talique Motu, & modulatione, quæ gravata reperiatur gravis, mediocris, levis in læso lymphatico succo: semper tamen in omni solutione filtrativa universalis, vel individua Motum extricationis continuare oportet, ut à sua sylvestri, non consona Figura, & Sapore spolietur fluidum ipsum, ut perfecta cribratio fiat lœdentis, offensivi Saporis, & Figuræ gallicæ, nam quæ relinquentur in morbis, ideo recidivam facere consuetum est. Fermentum panificium dat quotidianam confirmationem.

XI. Quodlibet fluidum sua Figura, & Sapore petit propriam sedem, suamque perfectivam officinam consonam. Sanguis hepaticum viscus, chylus sacculum lacteum post chylificationem, & archeale arteriosum cordis organum: Animalis nerveus succus cerebri omnes officinas, sive capitum: cysticus folliculus servat amarum Saponarium liquorē, subacidum pancreaticum tenent conglobatae glandulae pancreaticæ: Mammæ in foemineo sexu laciferum succum, quamvis, licet raro, etiam in viris hoc visum fuit: virilibus officinis fœcundum fluidum: ovaria contenta mulieribns officinis extra in oviparis, intus in viviparis: lymphatico nerveo liquorē concessa deferentia vasa, & assumentes canales agudescendo suas officinas glandulosas abdominis, labyrinthicas gulæ, & colli, axillares, inguinales, cutaneas universales; esu-

esurinus succus stomaticus in se continens alios succos respicit tunicas firmantes ventriculi chyliferam sedem , & stilandem esurinum liquorrem , quo ideantur singuli ; sic sensus omnes peculiares , ac individuam officinam consonam , variamque tenent. Oculi , aures , nares , palatum lingua , singulæque partes organicæ perficientes , utuntur distinctis propriis Figuris , annexisque Saporibus , & fluidis. Pulmones , pleura , mediastinum , lien , pancreas , renes , intestina , mesenterium , peritoneum , vesica , testes , muliebria omnia , meninges , propagatio nervea , spinalis medulla , tendines , ligamina , fibræ cujuscumque generis , & nerveæ , musculosæ , & neutræ ; sic vasa nervea , arteriosa , venosa , cibaria & uno verbo tota vivens Machina , singulaque organica similaris simplex pars , omneque fluidum sua gaudet Figura , suoque pollet Sapore , suamque tenet consonam sedem ; officinam proficientem , ideantem , emunctoriam , & consonam filtrationem naturalem .

XII. Hinc lymphaticum fluidum pro nutritione , ac irroratione petit spermaticas singulas partes , & suas officinas ; glandulas omnigenas , universales cutaneas , individuas consequentes salivales , axillares naturales ; quibus depurari ; filtrarique valeat , quas consonas agnoscit .

XIII. Unde verum est tanta symptomata varia , tantisque multiplices partes organicas spermaticas omnis generis , & modulationis fluidæ , semifluidæ , solidæ , & durissimæ ossæ , laedi a' gummoso lymphatico pravo venereo Sapore mutante Figuram naturalem in ipsa lymphâ ; cuius Idea venerea ex tenaci Figura , ac austero saxeo Sapore degenerat in tot , tantosque varios tumores , quot sunt cutaneæ glandulæ , omnesque spermaticæ partes : nám talis vitiosus Sapor philliticus , talisque Figura in lymphâ morosum reddit Motum in singulis partibus , duilibus , & officinis spermaticis , ibique contrahit tales molestam indolem , uti est illius modulata sedes , Idea , strucio ; ex quo universalis vitio gonorrea in pudendis , gummata in cute , & periostiiis , erosio in dentibus , dolor artiticus in articulis , & innumeræ morbi ex eadem phil-

Litica lympha in diversis multiplicibus canaliculis, officinis, & partibus.

XIV. Præcisa, firmaque causa quare laborantes hac gravi lue si carentur, non perfectè sanantur, redeuntque in pristinum insalubrem, molestumque Motum. Est cadem causa, sedensque ratio, quoniam in omnibus morbis agacientibus præcisam causam, præcisamque officinam, ac idem fluidum, sed non universale, quo depulso expellitur morbus; et in fluido lymphatico nerveo, sapiente seminali. Ideam, ac dices universalē, efficitur, quod tale fluidum intromissum, modulatumque sit in omni fluido, ac solida organico, & in singula eorum concipiatur, ac annectatur Idea phillitica, copulata semper semiiali succo, & per consequens in tota Machina. Opus esset demoliri, destrui omnes liquores, singulæque ideatæ partes ex tali seminali universalī fluido depravatae, quod nequit obtineri, ex quo defecatio universalī Motu, talis universalis morbus, licet corrigatur in fluido lymphatico nerveo, ac ideationes philliticas impresæ solidis, offensisque partibus, & singulis aliis spermatis, temporis data mora iterum extricari potest ex fermento phillitico abscondito in parte dura, paulatim autem tempore successione.

XV. Eamdem symbolitatem teneunt, ac universale præsidium præbent præsidia, stybiata cum mercurialibus hydroagogis. Unum gravissimum, quia universale præsidium est, respiciens totam Machinam fluidam, siveque singulæ suæ eos in Figura, & Sapore peccantes, in stybioso cruda decocta cum lignis, guajaco junipero, salsa parilla, quibus corriguntur principaliter universale lymphaticum fluidum. Habent analogicam modulationem stybiata cum osibus, ligna cum ligamentis, fibris, mercurialia fluentia, cum lymphatico succo in Figura, & sic facilimè anhesuantur suis similibus, recipiendo modulationem corrugiam, & cibrativam; ex qua in aliqualem, at non totalem cibrationem deduci potest Machina, ac spotiari glaciose duro lymphatico succo, tam per emunctoria glandulosa cutanea lymphatica, quam salivalia sublingualia, aliaque emunctoria, uta modulatio, proportio.

portio, Figura, sedes fluidi annexi vitiosi, sed cibrandi, erit. His praesidiis phyllitica iues, universalibus, efficacibus, que cornigi potest.

S P H E R A VI.

*Alorum Fluidorum Naturalium Diffonæ Figuræ,
ac depravati Sapores Elucidandi veniunt.*

SAt lymphatici fluidi depravata Figura universali, ac defectivo Sapore orti morbi scrutinio duci, nunc negligendus non est alius liquor in Machina naturali, tam necessarius undique calamo praesenti describendus: qua culpa, qua depravatione affectus laedere possit cysticus amarus, Saponarius succus. Sit ergo.

G N O M O N I.

Bilioſi Saponarii Fluidi depravationes Morbosæ.

I. **C**Alatum deferre Nitum fit in praesenti post lympham universalem ad semiuniversalem liquorem dirigere in chylosa prima universalissima sede, in qua omnes naturales succi Sapotosi fundantes primam fermentationem chyliferam sunt necessarii, ex quibus oriuntur omnes in dulatæ perfectivæ, ac defectivæ Ideationes singulorum liquorum naturalium, inter quos Saponarius oleosus amarus succus non ultimum locum tenet, tam in perfectivo Motu, quam in defectivo. Operæ pretium est de singulis agere juvantibus ac extricantibus primas fermentationes, indeque de consequentibus.

II. Locus concedendus naturali succo Saponario dicto, quia suo Sapore abstergit, separat, cibrat purum ab impuro, ac foeculento in chylifero Motu; ideoque Saponarins dicitur succus. Est amarus talis cysticus liquor in suo Sapore, gaudens

dens sua principali officina in magno viscere, & concavo hepatico, proprio organico folliculo contentus in omni vivipara, ovipara, singulaque perfecta vivente machina. Aves, pisces, reptilia, quadrupedes talem tenent officinam geometricè modulatam in quolibet genere; tam in Figura, quam Sapore, Motu, dimensione quanta. Omnia viventia, quæ capacia sunt chylificare, tali succo, talique sede gaudere necessariò debent, & cystico folliculo. In viviparis talis fellea sedes tenet pyriformem Figuram similem fluidæ, acutæ, pyramidali modulationi ostendenti Saporiferam indolem sui contenti amari succi; tantam acutam ac amari- cantem gradatam, ut consona sit propriæ speciei. In volatilibus est talis officinula brevior, angusta, stricta, emulans ductulum oblongum; sed parù mper fundum rotundum servando ex causa remotæ masticationis; quonià viventia; quæ carent masticatione, ut sunt volatilia, pipillantia, tale succo, talique officina diminuta, & angusta gaudent, nam in iis præter ingluvem initiantem chylificationis opus, adest quoquè loco masticationis alia ventricularis officina semicarnosa, cuius beneficio fit initiativa chylificationis; idèque, nec magna figurata fellea sedes, nec copiosus amarus contentus succus, & propter hoc in his volatilibus, similibusque Machinis facies suæ solidiores. Omnia geometrica proportione, talis succi, in qualibet specie modulantur.

III. Cysticus liquor copiosus, mediocris, parcus in viviparis, & oviparis, reptilibus, singulisque gradatur ex mole dimensiva Machinæ magnæ, parvæ, mediocris, & specificæ, ex ciborum assumptione, magna, etergenea multiplicis Figuræ, & variis Saporis, ex structione Machinæ Saporiferæ viventis, & gradata, ac perfecta masticatione; unde turgens talis succus nimis subtilis in tygre, leone, canibus, urso, lupo, & sic gradatis speciebus, & multiplicibus individuis, etiam varietatem servantibus in eadem specie, ac gradationem.

IV- Figura Saponarii oleosi amaricantis succi est pyriformis.

riformis, gladialis, sed non undique modulata in omni specie, uti sedes follicularis cystica. Petit lymphatica vasa diluentia, & augmentia ipsum felleum liquorem, Venam Portam annexam, & Venam cavam descendenter annexione duabus; at venæ Portæ quadruplicem dicit ramificationem organizationis. Nonnulli hepatici nervuli subjaceant ipsam felleam vesicam, ut in ejus modulatione sint ducentes multa præcipua vasa universalia deferentia succus alibiles; ex quibus suggitur succus biliaris, oleosus, sulphureus, & in qua proxima organa ductus, deducuntur Saporosæ ideationes, biliosaæ dictæ.

V. Sugit a' tota mappa fluida quod Saponarium est, & in ductus hepaticos defertur, ut ablato felleo folliculo ab hepate, tale viscus flaccidiceret, quia primariò privaretur suo balsamico annexo oleoso Sapore efficacissimo servare fluxil tatem, & spiritu escientiam in omnibus liquoribus hepatico visceri annexis, illudque hepaticum organicum conservare in Motu fluidorum nutrientium singulæ indolis.

VI. Motus præcipitus extricationis, & fluxilitatis, & balsamica Idea conservans firmam indolem hepaticam, est in ipsa annexa follicula cystica sede, cuius Saporosæ Idea, & gladialis Figura consequitur volatilia salia ipsius liquoris, & sunt præcisa productiva causa Motus conservationis hepaticæ sedis, omniumque annexorum liquorum lymphaticorum, venosi in magna vena Portæ ramificatione in quatuor ramos, & Cavæ rami musculari, arteriæ hepaticæ, & nervi propagatio, licet leves, sunt in tali vesica fellea considerabiles omnes, sicuti omnes magni liquorres universales, Machinam struentes, conservantes, ex quibus vesicæ talis apparent necessitas, præstantia.

VII. Non negligendum ejus multiplicatum opus, ut non solum diluat fervidum viscus in suis succis hepaticis, sed etiam perducens chylidocos ductus ad jejunia intestina, & prima delatione in chylidocum, duodenum, mesenterium, in colo intestino, in fundum ventricularis sedis, in pelvicam vesicam, in totam colicam, iliacamque intestinalem.

Rinalem cavitatem, non solum separando chyliferum & feces
culentum cibali eterogeneo, sed etiam Motum continuum per-
stalticum intestinalem ducendo, & conservando: ex cuius
successiva continua delatione per ductus, sive porum biliarium
diluitur hepaticus succus. Qui Porus Biliaris semper a-
dest annexus hepatico visceri, etiam in illis viventibus, ca-
rentibus perfecto Modulato cystico folliculo; uti cervo, ca-
melo, delphino, vitulo marino, avibus multis, sed non
omnibus: sic reptilibus etiam. Non potest privari Machina
vivens succo tali Saponario balsamico diluente, separante,
& solvente purum, ab impuro intestinali fœcuento; unde
animalia singula paruam cysticam sedem habentia, vel sub-
stitutum porum biliarium, sunt animalia ducentia paucas al-
vinas fæces: ex liquore amaro biliario, non solum separatio
puri ab impuro, sed Motus, & conservatio motionis peristal-
tica, & in omnes intestinales circumgyrationes, sicuti ra-
mulus intrans vesicam, stimulat, pungit sevum urinarium,
illudque tingendo suo flavo colore, ac copia, Figura, &
Idea, prognosim dicit in naturali vivente Machina saluta-
rem, vel morbosam.

VIII. Fermentativus Motus naturalis præcipue ex-
tricatur à volatilibus salibus eterogeneis annexione aliorum
Saporum, sic ex ipsa eterogeneitate amari Saporis evenit,
in cuius structuram concurrunt lympha, arteriosus, & ve-
nosus crux, qui semper eorum eterogenea indole, & mo-
dulatione fermentationis Motum suscipiunt. Solus arterio-
sus, venosusque liquor fermentabiles sunt ex se ipsis, ex
tali causa, & indole eterogeneitatis annexæ in variis salibus,
quorum solutio dicit fermentantem Motum; nam quisque
horum continet in sinu suo liquores naturales, idedque Sim-
plex Sapor capax non est fermentationem suscipere. In suc-
co biliario, suoque Sapore non solum sua Idea amara,
Figura gladialis, Sapor oleosus, sulphureus, Saponarius
ducens rubedinem fermentando, & sua miftione, retrogra-
da ex imperfetto chylo; at etiam suo multiplici sale vario
ducit fermentationis Motum in se ipso. Est cysticus sellens
succus

succus eterogeneæ Saporizationis, idèqne potens, efficax
tantis tenere Motus, & usus.

IX. Est balsamicus hepaticæ sedis organicæ, nàm ipsius annexio concavæ parti penetrat ipsum hepatis organum, ipsumque præservat à laxitate defœtiva: Est conservans Figuram solidam organicam, quamvis flueas succus, & hac sua balsamica indole, suoque oleoso, sulphureo Sapore naturali efficit. Est ducens Ideam in arterioso, & venoso fluido, Ideamque dilutionis, quoniàm vappida, sive fluxilitatis indolem dirigit, cùm ipse cysticus succus solvat morositatem, ac coagulationem, & hac causa dicitur solvens, utà volatilis spiritosus liquor solvit morosum, redditque fluxile, ac magis fluentem annexum liquorem iadigentem tali naturali solutione: Est separans distillatorium, solvens, dividens purum alibile ab impuris fæcibus alvinis: Est alvinum pharmatum, clysterizando continuè successiva sua intromissione, in duodenum, & tenuia intestina, in his separando chylosum à non chyloso, & subintrando in Colon, & Iliacum intestinum, fœces stimulando, illasque suo rufo, flavoque colore tingendo in alvinam sedem ducere. Est in intromissione vesica separans serum ureticum, illudque tingendo, uti sua copia, & Sapor.

X. Est pronosticum vitalis sedis, & Motus, ac crassis in cordiali universalis fluido totius Machinae, quisque duabus, tām venosis, quām arteriosis, ac præcisò lymphatico succo, ut morosam flatulentam, aliquaque depravatatem modulationem, succus ipse saponarius ducere valeat, sola sua intromissione in arteriosum, ac ureticum succum. Est movens sua pyramidali Figura, ac eterogeno sulphureo saponario, amaroque Sapore in intestinorum Machinam peristalticum ducere Motum, quo conservatur intestinalis Machina, & sua gradata modulatione motositates, solutiones ducere, & auferre. Est fermentabilis chylificandi fluidi, & chylificantis sedis movens, roborans succus, ut sua copula, & annexione non solum fiat præstante naturalis chylificatio, sed solutio cibaria cum aliis succis. Præcisa vappiditas ventricularis sedis in solutione cibaria est ex parentia,

rentia, vel saporosa depravatione talis præstantis amari succi. Sic vomitus biliosi ex copia ponderosa gladialis cystici liquoris. Est foyens liquor præservans alienationem cibarium ab acido, ac lymphatica viscida glutinosa stomatica sede.

XI. Quamvis pluriæ elucidatum sit in præcedentibus expressis talem succum retinere diversam modulationem organicam in diversis speciebus, cui correspondet eterogenea Saporositas in singulis speciebus, ac etiam aliqualem variam gradationem individualem in qualibet specie; V.G: humana, alias iracundus vir, alter morosus, serius, laetus, tristis, & sic de cæteris ex sola varia multiplici saporizatione, copia, & Figura, ex quibus in eadem specie ordine talis succi defertur. Modulatio naturalis salubris, in qualibet specie debet esse gradata in copia, Figura, & Sapore, tam in brutis, volatilibus, aquaticis, reptilibus, ac specificatis sensitivis, uti qualibet specifica Machina vivens talem gradationem naturalem exigit: sic felleum humanum fluidum non est, nec in sede cystica, nec in Sapore æquale equino, nec felleum equinum leonino, lupino, ovili, caprino: Sic inter reptilia testudo non assimilatur felleo viperino, vel lucertulæ, bufoni, aliisque. Sunt cysticæ officinæ omnes variae in Figura, & in contento saponario succo; etiam in colore diverso, cui correspondet varia diversa Figuratio, & Saporis modulatio. Est Saponarius amarus succus in omnibus speciebus movens, solvens, ducens, balsamans alios liquores, & tali annexione, & specifica modulatione dirigit Motum universalem in omnem speciem.

XII. Licet singula fluida in omni vivente Machina sint varia, ac diversa secundum diversas species; attamen talem, tantamque gradationem non retinent ex causa minoris eterogeneitatis. Lymphaticum, subacidum arteriosum sanguineum fluidum ex chylifera, laetifica massa eterogenea, eterogenitatem, ac modulationem suscipiunt, nam ex tali universalis massa cibaria tribuitur in quemlibet liquorem

liquorem occasionalis Figura, & Saporizatio, qua pollet quilibet succus ex chylo delatus; Felleum cysticum fluidum ducitur ex magna officina hepatica, ex qua ductus cholericus defertur in colicum intestinum, aliosque expressos intestinales ductus; & dum ex hepate magna sede deducitur amarus succus, tunc defertur ex tota massa fluida pluriē in diversis officiis ideata. Variis talibus Ideis fungi non posset, si simplicem Saporosam obtineret Figuram, & Saporem; idōque eterogeneus succus, licet gradatus in omni specie, amarus, volatilis, balsamicus, saponarius solvens, filtrans - deferens sua eterogeneitatem, quia ex tota massa cruxifera defertur. Limpha, subacidus liquor, aliisque tanta non gaudet eterogeneitate, quamvis copia majori sint irrorantes liquores, uti lympha in tota machina fluida, & praeceps in simplices solidas spermaticas partes, quæ majori dimensione operatur, sed non tanta eterogeneitate; sic subacidus liquor, nervinus, aliisque. Nulla species tali succo caret, nām omnibus expressis privaretur, nec salubres ducere posset motus.

XIII. Sicuti tantus præstans liquor in viventibus Machinis salubritatem defert, & conservat sua Figura, Sapore, copia, motū; ita quoquè ex depravatione cuiuslibet, morbos deferre valet. Est aliquando ex occasionali causa, vel ex naturali seminali Idea copiosus talis succus, idèo ex seminalibus fluidis Parentum defert incorrigibiles Ideas; sic celeres ad irascibilem, uti quoquè ex acutie volatilium salium sulphureorum id occasionaliter accidit, at distincto ordine, nām ex naturali Idea seminali habita copiosa moles cystici succi, sempèr successivè oriuntur tales motus, sed fortes, quales ex cibis, & potulentis occasionalibus non sic fiunt: tales ex seminali Idea dilui possunt, sed non auferri, nequit Idea seminalis auferri, sicuti occasionalis corrigitur: solvitur. Salia volatilia sulphurea dum seminalia sunt, retinent fortem basim in solida organica structione, & non tantum in fluida massa, uti sunt occasioales intromissæ Ideæ: Hæ corrigi, expelli possunt aquæis, laqueis diluentibus; at seminales minimè.

XIV. Ex elasticō occasionali, vel naturali oriuntur solutiones salinae voletiles copioſas, fervide, nimis Sapordiſe gladiāles, & augentur, ac gradantur, uti elasticī intromiſſio in Motuū universalem omnium liquorū; quæ occasionalis elasticā intromiſſio corrigi valet ū implici remotione illici, & longa delata continua intromiſſione quanti diluentia etiam elasticī, ſola mutatione locali, ac fluidi universali primi aquæ debita, ac methodica rationabili modulatio-ne ducenda. Elasticum universale depravans etiam universali aereo fluido corrigi valet.

XV. Figura peccat ferè ſemper biliarium cyſticum fluidum, vel nimia pungenti gladiāli dicta, & hæc Figura ut plurimum, & celeriori Motu ab elasticō inspirato defertur nimis sulphureo, non augendo copiam felleam, ſed reddendo nimis acutum ipsum felleum ſuceum in copia non excedendo, ſed in Figura acutior redditus: offendit quoque ab occasionalibus cauſis, tam in cibariis, quam potabilibus, quæ vitia infringere opus est, ipsamque Figuram nimis acutam in ſtatū naturalem ducet, ac intromittere elasticum ſuave, ac aliqualiter lymphatica Idea impressum, & dum occasionali cauſa externa data, tunc eadem gradatione cibaria, uti opus est, & præcipue cancris, fluvialibus, juribus ranarum, ac hordeacea omniaibus, ac roſeidis cibis, ut contigatur ipsa nimis acuta ſaggittalis, diſſona giadialis Figura.

XVI. Omittit naturalem Figurationem cyſticus ſuccus, dum depreſſam, mindisque pyramidalem tenet ex antecione ſucepta ex utraque expreſſa cauſa dyſtonia, nimis australi intrinſecè inspirata, vel copia, & ſuceptione nimia lymphaticorum liquorū: in qua depravatione oportet ſpoliare quod diſſonam eſt, & acuere naturaliter conforam gladiālem Figuram: quod obtinetur ſuis ſimilibus amaris, primò vegetativi alorū, reobbarbaris, annexis amaris gummatibus, & pungentibus elixiribus circulatis, ac ſimplicibus naturalibus cibis, & non negligendo. flybia-tas potionēs, ac decoctiones chelidonea, fumariz, & folvere ſuavitè depreſſam, crassamque Figuram: qua ſola-

ta,

ta, & spoliata à depravante succo, duocet aliena per debili
emunctoria alvina, uretica ex precedenti solutione habitab,
& necessaria spoliante alienos succos.

XVII. Sapor leponarii succi consequitur vestigia di-
mensiva figurata copia majoris, vel minoris: que gradua-
nes fiunt à solis amaris, tām fluidis, quam solidis, & prae-
cipue ex vegetativis. Sapor sequens iter Figuræ, & copia
minus grave, volatile, sulphureum solvens, puagens lace-
rans, terminans, deferens celorem fermentationem undique
universalē, & aliquando individuam organicam; uti suus
vomitus, fluentes diarrhoez, terminosa disenterie, stimu-
lantes diabrates, iliacez graves, eterogenez crepitaciones, &
hepaticez evacuationes, ac hemorrhoidales dolorosi fluxus,
ventriculares ardores, oris amaritudines, siccitas, scissio,
ardor, laceratio, non tolerabilis sitis, iheritia nigra, uni-
versalis cutanea tflavido, solutio, & liquatio rufcidi alibilis
per ureticam, & alvinam sedem. Morbi petiti, & indivi-
dui, sed sapientes aliqualem universalitatem, qui ex tumo-
ribus, vel ulceribus interis depravantibus individua organa,
& consequentes alibiles succos in Motu diffuso universalē
gravissimo febili ardoris febris, sive causpaies:
licuti Sapor habet Ideam universalē in profectiva.
Idea, ita etiā biliarius succus eandem universalitatem re-
tinet in defective Idea, quia omoe fluidus legitur, & ip-
di potest in quolibet suo naturali motu per diversos canales,
variasque officinas, & sicuti suat multiplices Motus natura-
les, ita pariter morbos tantam multiplicitatem sequuntur,
imò majorem, neutrā modulationem morbosam, quam
naturalem: anatomica ratio venit, nam opus, & salubris
Motus dicens salubritatem requirit omnī modam consonam,
annexionem in organico Motu, ac influitante liqueore, &
tali præcisa consona naturali Figura totaliter; sic etiam
in Sapore consequitus, requiritque jucunditatem saporiferam
undique, unde fiat naturalis Motus salubris, fervescens,
sequens opus naturale. Ut fiat optimus naturalis magnificatio-
nis motus chyliferus, lactiferus, cruentiferus nutritivus, fecun-
dans,

dans, ovarius, lymphaticus, nerveus, subacidus, esuriens singulisque, tanta requiruntur: auditus, odoratus, visus, gustus, tangibilis, jucunda sensatio, & reliquæ, singulaeque Ideationes salubres, ut fiant naturales, exigunt univocum, & aquale ideatum in eorum naturali Motu, uti etiam singuli liquores talem præstantiam exigunt, totalem, univocam in Figura propria, & necessario naturali Sapore.

XVIII. In defectivo insalubri Motu tanta non requiriuntur, quia malum ex singulis defectibus; sola dissonantia modulatio in Figura, vel Sapore dissonum dicit Motum, sic unicus Sapor peccans in chylifero Motu, in crvorizante sede, vel singula officina, sufficiens est dissonum Motum deferre; sufficit sola dissonia qualiscunque modulatio Motum dissonum deferre in quamcunque sedem, per liquorēm duce-re, tam naturalem, quam vitalem, quia annexio salubritatis requirit omnimodam undique modulationem consonam in Figura, naturalique Sapore. Aequalitas, similitudo totum id requirit.

XIX. In machinis viventibus salubritate gaudentibus idem prorsus ordo, idemque systema viget, ut unus ritmicus perfectus, gradatus, geometricus motus naturalis multis indigeat annexis modulationibus perficientibus, ut salubris, perfectusque fiat: dum verò depravatur non unus fiat morbosus, sed multiplicatus deferatur. Ut fiat una optima naturalis cribratio liquoris alicujus multa sunt necessaria, at uno lesu, multi, non unus insurgit morbus. Figuræ, Sæpores, Motus, Ideæ naturales notantur, & non tantum modulantur in fluidis, solidis, & tota Machina, sed à Sapore, & Figura æqualitatem omnimodam servantibus: Morbi ex ea non possunt numerari, nam quælibet pars officitur multis morbis, uti quodlibet fluidum, similiter, dum depravatur, multiplices Motus insalubres, molestosque ducit.

XX. Mirum non est si ex succo biliario tot, tantique oriuntur Morbi. Icterus albus, niger, flavus in cutis structura, & urinatio sero, in quo succo saponatio si pecat

cat Figura crassa replens, tenax, viscida, deprimitur naturalis glacialis structio, unde morosa, non decurrentis, sed obstruens duorum colidochum: Sapor vergit ad vappidum, omittens volatilitatem suam sulphuream, sanguineam, rubicundam: non segregantur foeces alvinæ à chyloso succo, & sic albæ, sive chylosæ excernuntur, & una simul fit copia non cibrata chylosa, et fœculenta: Stomachus, ejusque esurinum fermentum non extricatur ex volatili balsamico succo, nec foveatur, uti decet, & necessarium est in chylifera solutione, fotu, & volatilitate; unde diminutus Motus esurinus minime fervescit, & subacidus succus non volatilizatur, uti necessitatibus causa depravati Saporis oleosi saponarii, unde torpescit in sua volatili subaciditate, & deprimitur; sic apparet rugitus acidus, denotans diminutam extricationem esurinam ex læso oleoso Sapore. Non dicitur succus flavus per debita emunctoria naturalia ex depravata Figura, & læso Sapore, ideoque Motus, & opus biliarii succi redundantur molesti, nec cibratio fit in massa sanguinea, ex qua oritur flavæ cutis, & maxime copulatur ihi fluido, scilicet lymphatico, cui adhaeret, & quo defertur per cutaneas illas partes. Læsa Figura, & non modulato Sapore, decurrit fluens serum non cibratum ureticum flavedine tinctum, & contrâ fœces albescens non data cibratione, nani signum solutionis ictericæ oritur ex incipienti flavescentia fœcum, ex incepta intromissione saponaria in intestinales sedes. Hepatis regio tunc non totaliter tumida, uti antecedenter dura, prægnans ob Motum morosum biliarii succi, sed quia incipit cibratio à cystico folliculo, incipit Figura, & Sapor corrigi, Ideamque, ac Motum naturalem suscipere, ac perfici, & ad naturales canales deferri ex correctione. Idea, Figura, & Sapore in organica cystica officina debit is præsidii aperientibus aromaticis, amariq ideamibus Figuram & Saporem naturalem, & solvendo crassam eterogeneam Figuram, in qua sitim erat morositas; quod etiam obtinetur præsidium illis omnibus vegetantibus acutis, amaris, sapien-

sapientibus Figuram, & Saporem aqualem biliario facere, uti chelidonia, somaria, lapis bovinus reportus in cystifellea bovina, sicuti succus, sive fel suis spinosis, ricci diidi, & singula illa naturalia amara salina: quibus restituitur gladiolus fellea Figura, & sulphureus saponarius depressus succus. Solvitur eterogenea dura Figura, & naturalis redditur microsis flybiaris salibusque amaris absynthii, tenacitate minoris, chelidonie, nitri flybiati: nec pratermittenda singula strumatica extricantia esurinum suorum, illumque acuendo in sua Figura pyramidalis, & suo volatili exercitante amaro. Gummata ammoniaci unita amaris salibus, nitrobus flybiatis, & vegetabili reubarbaro cum elixire quolibet amaro: quibus eterogeneum succum tenacem vappidum solvere vallet, & acuere, atque extricare, & cibationem obtinore per alvinam sedem, & urinariam: qua correctione vibrativa evacuatur noxiun peregrinum, sylvestre in icteritia ex crassa Figura, vappido Sapore, & moreso motu orta in biliario suco, & depravatione universalis dummodo ex nimia tenacitate Figura, & vappiditate Saporis non sit delata icteritia ipsa in scyrrhofam vel lapillofam Ideam; in qua fellea officinalis, & hepatica sede, partibusque organicis, & ductibus annexis sit totalis obstructio ex validissima causa; que ut depelluntur sunt necessaria alia volatilia præsidia interna, & externa unguentaria, & emplastica, uti adiposa lotiones ex adipe equino, vulpino, ursino, humano, gummatis erocatis, aloeticis, & camphorino orientali.

XIX. In tali scirrhosa icteritia non solum liquores & canales, sed etiam solidæ partes organicas graviter offenduntur; undè opus est validioribus præsidis uti, & illis, quibus possit fibra matrix musculosa, carnea, glandulosa, & eterogenea singula corrigi, ac ad consonas sedes demandari: quod obtinetur rotibus ex herbis aperientibus, uti sunt nepeta, pulegium, artemisia, marrubium, absinthium, petroselinum, menta utraque, lauri frondes, iuniperi grana, spiritus juniperi, aliaque similia. Tincture amara, adiposa omnia reptilia, serpentum, & viperina, ac præcipue sperma

ma cati verum, & ex equino masticato equinum adeps. Omnia mineralia balnea non sunt negligenda, sed cum maxima cautela, uti Isehæ lotiones, live decoctiones expressorum vegetabilium, quibus decoctis fieri possunt fatus parti affectæ.

XXII. Si nimia copia, & acido sapore depravatus sit biliarius, liquor occasionalibus causis, & præcipue elatifica anni temporis Idea, imprimente universale lymphaticum fluidum, tunc graves iæteritiae ex endemicæ constitutione; ut anno 1695. autumnali tempore, & subsequente hyeme, tantæ iætericæ passiones patratæ, ut pauci non fuerint affecti. Erat tempus æstivum in autumnale decursum, ita ideatum, ut sola inspiratione omnes liquores depravabantur, præcipue illi, quibus magis erat æqualis Figura; & quia continua successiva semper erat inspiratio in Machinis viventibus, idèque endemicus tunc factus: talis morbus: in ornatis tamèn aderat ponderositas in hepatica structione, & officina, & dolorosa consequens: ponderatio. Quæ universalis copiosa iæteritia indigebat ureticis assumentibus acidum austерum impressum fluidis universalibus, & in usum duqæ fuerunt aquæ ex corticibus ovorum assumentium, & ducentium; uti etiam aquæ Umbriæ ureticæ minerales, & decoctiones ex seminibus majoribus cum erudis margaritis, lapillis cancriorum fluvialium; & non parum profuit serum caprinum depuratum, solvens, ducens per ureticas vias, ac non ultimum locum habuerunt aquæ nimpheæ, simulque profuere, jura cum radicibus malvarum, graminis, ac per vices reubarbari, & pulpæ cassiae tinturæ.

XXIII. Copia nimia ponderosa oportet solvi, & deferriri per confinos ductus, solvendo, & evacuando, quod habitum fuit, per infusiones reubarbari in sero caprino depurato calido; ita gradatim, ut exigebat ætas, individua, fructio, & occasionalis depravans causa.

XXIV. Niger Icterus: appetit aliquando, & præcipue

puè in senibus, ac rusticis nimio corporali labore affectis. Est icteritia nigra apparens in universalis cuti, ex uretico sero causa Saporis nimii vitriolaceam Ideam habentis: qui vitriolaceus Sapor occasionaliter intromissus tingit quemlibet succum, & præcipue universale fluidum. In tali iæteritia semper durities in regione naturali, nimia alvina stipticitas, quia cysticus succus vitriolaceum Saporem concepsit, unde motrix fibra, & villosa cutanea strudio duritiem suscipiunt, ferè tabificam ex depravato universalis diluente alibili fluido, quo non nutriuntur, nec societatem habent adhæsivam nutrientem partis, tam fluidæ, quam solidæ, unde tali morbo affecti, nigroque iætero senes facilius in siccam ariduram incident: iis alibite roscidum parcè fluit, exiguum in copia, unde facilius ariditate officiuntur. Iuvenibus vero non tam facile, quia fibra motrix universalis fortior, mollior, roscidior, & austerus Sapor diminutus, ac parcus.

XXV. Nullum præstantius præsidium his, quam roscidissima jura præbere ex vitulinis carnibus, aquas roscidas capocefali, & assumentia simplicia corrigentia austrum vitriolaceum Saporem intromissum, tam felleo cystico, quam reliquis fluidis: Sunt cancri fluviatiles veri, margaritæ, matres perlarum, potiones serosæ, lotiones amygdalinæ dulces universales, et ex concussis crudis ranis expressi succi, aquæ doccoctiones in tota cutanea fibra. Nunquam vinosa, pontica, austera, sed ea, quæ tenuissimum, roscidumque reddunt universale fluidum alibile.

XXVI. Accidit sæpiissimè, ut nigro Iætero copuletur febris Motus aliquando typum servans, & etiam erraticè adens. Non est præter actionem tales febrilem Motum originis ex obtusis glandulis pancreaticis, ductibusque perscientibus, & deferentibus naturales succos; & hac causa striæ Figuræ, austeri vitriolacei Saporis, ex quibus morositas habita paulatim ex tali eterogeneo Sapore depravante fit in ipsis iuccis molestus Motus, fermentativus, febrilis, & sapit Ideam etiam vitriolaceam; fitque Motus febrilis ritmicus, erraticus ex gradatione copiæ Saporis, partis organicæ His

nicæ continentis fermentum , ex quo diversitas Motus. His succurrendum talibus præsidiis , quibus utrumque corrigi valet, non solum vitriolaceum Saporem, sed Motum febrilem, & talibus solventibus Sapore austeros vitriolaceos, in quorum serie proficere possunt vegetatilia ea , quæ æqualitatem Figuræ , & similitudinem Saporis intromittere possunt. Apud antiquos Idragoga , & colidoga erant , tam in indole fluida , quam solida : efficaciora sunt , quæ Figuram , Saporemque reddunt sociabilem , naturalemque .

XXVII. Præcipuum præsidium est removere ea , quæ Motum præternaturalem destruunt , illumque offensivum reddunt , ideoque in his uti licitum est ureticis , diaphoreticis , ut fluida spolientur noxio Sapore , læsaque Figura , ut apertis canalibus , & redditio Motu fluidis naturalibus , possit ritmus naturalis obtineri .

XXVIII. Ideationes corrigendæ in omnibus morbis universalibus sempèr polycrestant indolem obtainere debent , ideoque bilioſus cysticus liquor offendens tantos liquores , variaſque officinas , indiget iis præsidiis diaphoreticis , & diureticis , non neglecto universalissimo Saporifero , vel in propria indole , vel extracta tinctura ex cortice Peruviano , quo præsidio ideatæ potionis ureticæ , tamèn per vices exhibitæ , maximè proficere valent .

XXIX. Cholera ex coli co intestino , & ex cholericō dicto succo pravo pungenti , in testinalem fibram , & sua nimia copia , & pugenti Sapore extricat nimis alvinam sedem , pungitque eterogeneas partes ducentes alvinas foeces. Copia minuenda talis succi , & Sapor corrigendus aliqualiter salinus , subacidis præsidiis , uti potionibus aqueis annexis toto acido , & corpore limonum , vel ex toto citro , subacidis sucis gradatorum , aquis semistomaticis , & semiassumentibus , ut materperlarum , terra sigillata , ac crudæ margaritæ ; minuendo per inferiora , & diminuendo quantum pulvere hy poacan , sed gradatim , & per vices , & stomatica naturalia , sive fotus ex vivis animalibus abdomini applicatis usquequod tepescant , in usum ducere ; ut sunt cuniculi , agni inci-

si, calida viscera vitulina, hoedina, anodina ex camomilla, & diascordio, ac lactiferis tepidis utendum per inferiora, His corrigitur Sapor, minuitur quantum pungentis amari.

XXX. Aliquando in diarrheam vergit simplicem ex copia fluxili dimesusiva, sed non tam acuti Saporis salini, in qua est nimis sollicita alyus ducens fæces bilarias, in qua confert alvi deiecio usque ad tolerabilem motum, & consonam conferentiam: dum nimis sollicita, & copiosa, & non tolerata à Machina, tunc roborare opus est abdominis regionem naturalem, sed non adstringentibus, ne morositatem obtineat depravatus succus, & deteriora deferat. Præsunt panificii roborantes, calidi fôtu simili annexi mentha crispæ, victus tenuis ex expressis vitulinis carnibus in sorsicum modulatis, ac pullifera carne, sed parva quantitate, & una simili roborare, & absumere quod alienum est, extensiisque unctionibus ex diascordio, & mastice, ac intus assumentibus simplicibus.

XXXI. Diarræa aliquando labescit in semialbam, dejectionem alvinam ex fragili fermento esurino, cæterisque stomachicis succis, in qua vappescunt Saporess chylificantes, nimisque fluxiles redduntur Figuræ, quod depravatum corrigerere opus est decoctio cacaci, simplicibus stomachicis, ac cibis ex carnibus assis, fotibusque vegetantium, herbarum, absyntii, utriusque menthæ, nucis moscatæ, & fermenti panificii subcineribus cocti, ita gradatim, ut exigit indicatio methodica.

XXXII. In dysenteriam incidit succus biliarius, dum suo acutissimo arsenicali Sapore ulcerat sedem intestinalem, habens colocynthicam indolem, tormentans, ulcerans intestinales Fibras, ac cruentam, dolorosam cum febre erosio nem intestinalem deferat. Dysenteria mediocris, levis, gravis, gradatur ordine, & Idea amari Saporis Saponari arsenicalis redditi, pungentis, lacerantis intestina tenuvia, colica, iliaca, & stimulando suo pungenti Sapore ventriculi sedem, ut etiam aliquando vomitus consequatur. Quibus apparentibus excretionibus ferè semper lethalis oritur finis.
Est

XXXIII. Est fortissimus, gravis morbus, uti est Figura pungens nimis, & ipsius biliosi succi Sapor acutus, irritans, sciadens, crucians, stimulans universalem natum reg ionem cum suis succis. Non sola cystica sedes defert tale in molestem succum, sed necessitat aliud fortissimum fermentum corrumpens: Acidum exaltatum, sive salinum volatile redditum, erodens in tali morbo sua acutissima Figura, & nitroso Sapore, copulatur felleo arsenicalli colocynthico amarissimo, & fervescunt, tam graviter, ac violenter, ut quamlibet partem tangendo, sive molem fluidam vel solidam, scindant, dolorosamque graviter reddant; unde cruciatus dolorosus, fluxus purulentus, eterogeneus plurimum liquorum, & febris.

XXXIV. Sapor acutus sic fermentans, & annexus, invadens intestinales cavitates, & fabricam universalem intestinalem tenuivium, crassorum intestinorum, illorumque membranaceam texturam, uti est ventricularis, ac fibrarum tenuivium longa, transuersalis, obliqua modulatio: quibus omnibus glaciali Figura nimis acuta affectis, oritur continua successiva dolorosa febrilis excretio, solvens foeces, lacerans fibram intestinalem, & in doloroso transitu pungenti in Machina oritur tortuosa indoles; que convulsiva ex fibris variè modulatis perlongum, & obliquum, ac per vasorum, & canarium deductionem purulenta ulcerata sedetur, eiciuntur per alvinam officinam. Febris annexa ex multiplici causa, & quia succus fervens, lacerans intromittitur massa universali, eique tribuit suum acutum fermentum, quo extricatur tota massa sanguinea; ex ulcere semper febris, nam dum pus conficitur, semper dolor & febris: in dysenteria utrumque reperitur.

XXXV. Adebat febris ex primis officinis praeparantibus, & perficientibus, dum opprimuntur. Praesens febris in dysenterica affectione ex ipsis initium concipit, in quibus perfici debet chylosa massa, & causa depravationis primaria biliosi succi, ac cæterorum annexorum, tam membranacea ventriculi officina vomita, nausea laeditur ex moto

fermentativo chyloso depravato reddito, tam in Figura, quam in consequenti eterogeno Sapore in primis fluidis naturalibus lœso; inde oritur non solum universalis Motus febrilis, quam annexarum officinarum depravatus Motus; Hinc mirum non est si disentirica affectio deferat, & febrim, & gravissima symptomata, nam molestus Motus est universalis in officiis primis, ex quibus consequuntur omnes individui Motus in reliquas officinas, naturalesque succos perficiendos.

XXXVI. Gradatio servatur in hoc morbo eodem ordine, & geometrica modulatione lœdente ex succo biliaro, annexisque aliis, ac ordine partium lœsorum. Si intestinum jejunum, vel primum duodenum fragilis structuræ proximum alligato ventriculo offendatur; tunc graves vomitus, molestique dolorosi cruciatus, in quibus opus est præbere topica continua anodina, lactea balnea, & continuo uti unctuosis contusis ranis, ac fotibus ex asfa vitulina carne, vel cuniculis vivis apertis, ut fibra motrix intestinalis corrigitur in lancingatione, & pluriès in die ex lacte capriao, ovillo, bubulo fovere totam regionem abdominalis cum cancris contusis, diascordio annexo, ut aliqualis Idea mitigans, & anodina fiat; intus singula assumentia, & corrigentia salinum sublimatum armonicalem Saporem, quod obtinetur contusis dulcibus amygdalis, seminibus papaveris albi expressis in aqua capocefali, ut etiam aquis nimfæz, & cenuisimis cibis ex assis carnis vitulinis in struduram sursum; quibus semper annecli debet levissima Idea laudani opati, ut aliqualis anodina Idea iatromittatur. Quod est servandum, ut pluriès in die præbeatur cibus talis Ideæ subtilis, & anodinæ; alvinis ductibus, ac excretis occurrentibus venit decoctione myrobolarorum trium, reubarbari in aqua, nimfæz, capocefali, non neglectis singulis assumentibus ex margaritis, lapillisque fluvialibus.

XXXVII. In præsenti dirigere oportet hoc unum, & in usum ducere, ne quod noxiū est intus claudatur, scilicet numquam à principio adstringentia præbere, tam vegetantia, quam mineralia, lapidea. Austerum illud mutaticum

ticum, incisivum, crucians fluidum, dum moratur, concipit majus vitium; idèoque magis affligen^s, ac lacerans sua morositate, & Sapore omnes officinas, & intestinales fibras; ulcera interna sequuntur methodum apostemationis internaz: idèoque oportet prius expellere quod alienum est, & corrige-re omne i^z, quod mora sua in Figura, & sapore offendere potest.

XXXVIII. Balsamica in dysenterico morbo tunc deferi debent, dum incipit cribratio nutritiva, & Idea roscidatis naturalis, nàm balsamica supponunt ulcus mundatum, ac deperatum. Sunt balsamica illa, quæ alibilia, & similia fluido naturali, ut ei tribuant Motum, Saporemque, ac Figuram consonam; ad cuius imitationem, & Ideam, sunt omnia cancrina, ex ranis præparata, & peruviano balsamo copulata, infrigendo paullatim, & successivè in fluidis naturalibus roscidum alibile balsamicum, quo nutriri valent, & restaurari liquores naturales, fibræ intestinales, & consequentes partes affectaz, quibus præbetur cicatrizatio in modulata Figura, & annexo Sapore; nàm fluidum naturale, dum redditur roscidum balsamicum, fit sociabile adhesivum nutriendis, cicatrizans.

XXXIX. Atiam universalem depravationem intestinalem affect^s. pungens, molestus biliarius succus in colica, & iliaca passione, in quibus quidpiam undique convellens sapori ferum saponarium, stimulans fibras intestinales ipsas longas, obliquas, tortuosas tanto stimulo, talique impulsu, ut convellantur, & intestinalis alvinus feculentus motus per superiora, non solum ingluviem intestinalem duodenam, & ventricularem, at etiam colicorum, & iliacorum intestinalium Motum inversum contrahat, & fecum copiosa evacuatio per os vomitu fiat: in quibus non solum terminofa, intoderabilis, gravis, dolorosa, crucians sensatio sit, at etiam inflammatoria aliqualis morositas adeat ex modulatione Figuræ intestinalium vacuitatum convulsa: nec cogitari potest talis perniciosa affectio sine solutione, sive scissione in soluta unitate; nàm Motus taliter inversus, & crucians gravis, debet mutare neces-

necessariò modulationem intestinalis. Figuræ ex totali serò convulsione motricis fibræ. Succus tamen salinus pungens potens stimulare, ac pervertere subintrapositionem in colicum intestinum; ex qua intromissione rumpitur Figura, convelluntur fibræ, & tunicae intestinales; easque invertendo in scissio nem, sit dolorosa inflammatoria morositas, etiam in musculara strucitura abdominalis, ut simplici tactu convellatur. Sphacelus multoties consequitur, apostematio, & suppuration ex tali morositate oriuntur. Methodici insipientes talem gravem affectionem observarunt per vomitum erupisse biliosum succum tam copiosum, & fœculentum excedentem plures libras, & tanto impetuoso Motu, ut domus ab uno pariete in alium demandasse copiosimas foeces. Juvenis quidam 28. annorum nimio usu uavarum incidit in colicam nephriticam ex consensu ureticorum nervorum, cum intestinali sede, qui primò negligens præsidia, incidit in iliacam, huic tumefacta inguina, indeque suppurata, & reciso cœco intestino, in copiosam purulentam quantitatatem decurrit. Tantis præfidiis adiutus, convalvit, sed fistulam inguinalem retinet, ex qua eterogeneum fluit fœculentum. Tanta est timenda gravis iliaca affectio ex tanto graviter depravato bilioso succo, ex quo non solum reliqua fluida lœduntur, sed etiam solida in solutam unitatem decurrunt.

XL. Colica minor affectio iliaca passione, licet in strucitura intestinali fiant ambae passiones, attamen gradantur ordine annexionis, Figurarum acutie, & Saporosæ Machinæ Idea: in colica sæpiissimè copulatur nephriticus dolor annexione partium, & nervorum propagatione. In hac depravatione colica anodinis utendum ex vivis animalibus, & unctuosa delatione pacante ex discordio, theriacâ, adipe viperino, spermate cæti, sicut diluere intestina oportet iis, quæ spinosam Figuram, nimis pungentem Saporem, infringant; uti est lactifera potio expressione torculari ex dulcibus amygdalis, sæpe, & parùm in die; nam anodina Idea loedit dolorem, ac infringit pungentem Figuram, & relaxando morosum, & intestinale convulsum, jucundè, & sua-

& suaviter ad alvina emunctoria alvinum fœculentum de-
pellitur , ac etiam sua rosciditate restaurat , corrigit , au-
trit ; uti sunt etiam utilia pinguis jura , & cibi sapientes
volatilem univocam indolem , qualia sunt etiam jura ipsa
ex carne viperina , & vitellina . Si nimis dura alvus erit ,
utile præsidium felleus succus recentè extractus ex bovinæ
specie , ovilla , hædina , & totam regionem abdominis fo-
vere cum oleo camomellino : His blandè uti usque ad expul-
sionem , ac correctionem biliarii succi pungentis colicam se-
dem intestinalem , annexasque partes .

XLI. Iliaca miserabilis acutissima passio , in qua cru-
ciatus , vomitus , dolor ulcerans , & officinarum naturali-
um universalis dolorosa depravatio , scissio , soluta unitas
ex eterogenea gravissima alienatione saponarii succi in Sapo-
re , & Figura , ex soluta unitate , consequenti sphacelo , &
crepitatione ; undè dicitur miseria miserabilis associatione
morosæ inflammationis ; sicque convulsio intestinalium Fi-
brarum , & officinarum annexarum , & mitum non est , si
talis gravissimus morbus ferè sempèr lethalis sit : Quia pec-
cat Motus universalis intestinalis , Figuræ , & Sapore rece-
dunt totaliter ab Idea naturali , nec valeps præsidium tan-
tam acutiem corrigere in saponario alienato ; sicuti non ad-
huc repertum auxilium ducere pus in pristinum sanguinem ,
undè præsidia palliativa dicuntur ; nam non tam efficacia ,
nec apta alienatos omnino Sapore , & delapsas Figuras suc-
ci saponarii ducere in pristinam Ideam ! Omnes alii morbi
*retinent aliqualem gradationem in Figura , & Sapore de-
pravato , in hoc iliaco nulla ferè est gradatio , sed totalis
alienatio , undè lethaliiter agit : attamen , ut aliquale præ-
sidium præbeatur , illud huc ducere non alienum est . Sunt
præsidia fotus universales ex animalibus vivis , scilicet hir-*
*co , ove , vitulo , ut totam ab dominis regionem fo-
vere
valeant , & fibra motrix carnea non tam convellatur , ac*
fotu restauretur ; undè aliqualiter corrigi possint tam acutæ
Figuræ , & acutissimus scindens Sapor induitus feraci , pun-
gentique scissione , indeque annexæ sedes non tam graviter
cru-

crucientur, & aliqualiter Motus intestinalis mitigetur, & consequentes ideationes cum reliquis fluidis; etiam per vices, uti valet pauca dosi aliquali anodino jure, ut paulatim Figuræ possint corrigi, & fermentantes liquores. In tali motu non solum succus principalis Saponarius, sed subacidus, esurinus, lymphaticus compatiuntur; unde ex tali eterogenea salium copia depravata opus est eterogeneum ducere presidium ex assumentibus margaritis, laudano opato, diacordio, confectione alKermes in jure expresso ex cañibus ranarum, ut hac summa rosciditate, & assumente Idea restaurante presidio, eterogenei Sapores peccantes corriganter in Sapore, & Figura eterogenea lata.

G N O M O N II.

Succi Pancreatici Idea Depravatio.

I. Societatem habet biliarius succus in Motu fermentativo, tam chyloso, quam solvente, ac filtrante infra pylorum cum succo Pancreatico: Quale fluidum gaudet propria officina globulosa glandulosa, Pancreas dicta, in quam sedem subintrat succus ipse amarus cysticus infra, & incidens illud amarum in duodenum intestinum, & ventricularem sedem, unâ simili pergit fermentativum Motum non levem. Pancreaticum corpus est organica officina necessaria, & statuta ad perficiendum suum liquorē pancreaticum mediæ Figuræ intè incisivam, acutam, & semi pyramidalē: estque Subacidi Saporis, & tali Figura ferè eterogeneam iudelem oppositam dat nervino succo spiralis Figuræ, in quo vermicularis longa, reptilis modulatio, suavissimo luminoso Sapore afficitur ideatio subacidus succus sua aciditate infringit Figuram longam, spiralem, vermicularem undique reptilem. Subacidum tale fluidum gaudet circulatione glandulosa, ipsumque imitatur Figuram, quæ capax est.

est diversas indoles saporosas suscipere; scilicet depressas acidas, ponticas, austeras, hypticas stringentes, & potest etiam sublimari annexione salini acidi acuti volatilis incisivi, quo easu scindit, rumpit; crustaceaque etiam Idea morosa coagulans, & ponticae indolis associatur facillimè subacido sapori, uti similis ferè Figuræ, & saporizationis. Morositas fluitantium succorum defert, talemque molestam Ideam multiplicem deferre, & suscipere potest occasionali causa, vel anni temporis mutatione pancreaticus succus.

II. Pancreas determinatum viscus in regione naturali per suum ductum pancreaticum ex suis glandulis subacidulum succum defert, quamvis nonnulli lympham putarunt: In ventriculum suum defert subacidum Saporem, chylificationis gratia, & ab hepate cum amaro, & veluti pulvinaris corpus ventriculo subjacet. Sugit ex sua arteria subacidum succum, & uti cysticus folliculus in hepate sugit, separataque amarum succum; sic glandulosum organum Pancreas suis glandulis sugit, perficit subacidum succum, unde tali annexione cum liene, hepate, ventriculo, mediantibus canalibus, venis, nervis, arteriis fit talium organorum consensus, & fluitantium succorum amarorum, subacidorum, saliva, lium, lymphaticorum communicatio, & anaerivus consensus ab uno viscere in aliud delatus cum saporifera eterogenea necessaria ad chylificationis opus.

III. Esurinum eterogeneum stomachicum chylificans ex his, & infra exponendis conficitur. Esurinum fermentum est universalissimum, ideans omnes Sapores, licet rudes, in chylo, qui Sapores necessarii sunt, & tales esse eum eterogeneis fluidis, & solidis in Machina nutrienda, & restauranda; idèque in chylo reperiuntur omnes Ideæ saporifera, & figurantes, reperta in Machina vivente. Arteriosa, venosa, nervea, salivalis, lymphatica, sulphurea, subacida, & singulæ aliz Ideæ necessarie in universalí chylosa massa; nam omnes partes, singulique liquores in mole vivente, ex ipso chylo perficiuntur, augmentur, restaurantur, quamvis rudes in chylo reperiantur, sed fundamentales sunt.

IV. Hinc elucidatio anatomica quare ex ventriculi officina fiant per vomitum excretiones sapientes quemlibet saporem amarum, subacidum, eterogeneum, omnesque liquoros per vomitum ex ventriculo excerni posse ex depravato Motu; nam omnia fluida expressa sunt in sede ventriculi, officina universalis ideante universaliter omnes succos.

V. Est subacidus pancreaticus succus unde ex naturalibus liquoribus cum amaro, & lymphatico: quilibet liquor gradatione saporifera semper est in Machina viveante cum tali ostere, ut unum corrigit alterum: acidum diluit cum Lympha amarum: Cysticus amarus acuit lymphaticum, corrigit subacidum, & cum ipsis novum fermentum dicit in Motu naturali, & multiplices, variaque fermentationes exercitat, ex quibus perficiuntur liquoros ipsi Motu naturali perfectivo, ut etiam non paucæ depravationes ex ipsorum geometrica, depravante, gradata Idea in Motu defectivo.

VI. In ventriculo, hepate, liene, & officinis circumiacentibus annexis ideatur pancreaticus liquor, in quibus sedibus fermentationes sunt majores, ac minores, ut chyliferæ, saponariæ solventes, cibibrantes in duodeno, & jejuno, ac perficientes lymphaticæ diluentes. Saporibus contentis tales aguntur perfectivi motus fermentativi: in qualibet officina ex eterogena copula saporifera talium naturalium succorum, ex quorum depravatione oriuntur variis multiplices molesti motus fermentativi, morbos, graves, longi, breves.

VII. Ex Idea pancreatici fluidi sequuntur morbi in specificatione gravi, lethali, mediocre, leví. Singulus Motus fermentativus specificatur à sua Figura, Sapore, & Idea fluidi sistentis in propria officina, ex qua, & in qua fit Motus fermentativus, perfectivus, vel defectivus inodosus: & quia.

VIII. Subacidi succi pancreatici Idea ferè opponitur Saponario amaro in Figura, & Sapore in statu salubri perfectivo, nam in defectivo infra elucidandam; ideo unum oppositum saporosum hincingit aliud ex oppositione saporis.

riferi, & figurante naturali, ex qua eorum eterogenitate naturali oritur fermentativus Motus. In expressis uvis, sive acinis naturaliter oritur Motus musti fervescentis, non alia causa, nisi ex eterogenea Saporem, & Figurarum copula. Oritur solatio in uvis expressis, tam saporifera, quam Figurarum, nam expressione unitur acidum styptico racemo, & volatili succo spiritoso oppositionem habentibus, & ex talicopula eterogenea saporum, salium, & Figurarum, orto Motu fermentativo, ad invicem separantur; ut nonnullae ponderosæ stypticæ fundit petant, aliæ medium, nonnullæ subtiliores sublimem locum sequantur Motu extricativo solvente, sed naturali perfectivo utili: Non diffinile ordine ex copula eterogenea succorum naturalium oruntur fermentationes, motusque naturales perfectivi chylificti, brantes, perficientes, ideantes, saporiferas Ideas naturales. Quibus non recte modulatis morbi defensuntur ordine, & gradatione consequente Ideam succorum, officinas, & regionem.

IX. Subacidum pancreaticum fluidum, talem eterogeneam indolem sua continet sinu, sic amaro opponitur in Figura, & Sapore, nam sua subaciditate vergit potius in acidum, acidorem, acidissimum, austerum, ponticum Saporem omnimodè oppositum amaro, amariori, volatili farino saponario, oleoso: talis sapè subacido sapore mutato, non solum conglomerata glandulosam sed etiam pannreaticam depravat, sed annexione aliatum officinarum, etiam hienis organum, quod ingreditur per peculia rem rheatum, sive ductum ipse pancreaticus succus; unde dicitur ex iudicante acido succo depravato fieri morbos occasionales in liene ex sapore acidiore, & crassa Figura; sic etiam ructus acidi in ventriculi officina ex iudicante acido succo: Afficitur lymphatica suis vasis, & fluido, uti iuduntur mesenterii ductus, & perficientes vacuitates annexione talis defluentia liquoris, et in abdominis regione cachexia, obstrucio, hydrops, et ahi non pauci morbi naturalem Ideam depravantes.

X. Tot, tantique de lati morbi consequuntur Ideam.

- depravatam subacidi succi , uti Scorbutus, Hypocondriaca Affectio, Hysterici Motus , Convulsiones , Paralysis , Vomitus acidi , Lyenteria , Tremor , Palpitatio , Praecordiorum Inflatio , Flatus , Murmur , Dolor , Lassitudo , Duties universalis , obstructio vasorum , affigeas omnes regiones , ac consequentes motus salubres.

XI. Si quis quareret, ex qua causa majores , ac universaliaiores morbi sicut ex acido pancréatico depravato , quam ex aliis saporosis succis scilicet ex amaro, lymphatico, aliis. que ? Elucidatio clara , nám alii sapores non impediunt motum totalem , nec tám morosum deferunt , in quo vita, nám vita motus est ; ideoque ex ipso acido graviores morbi , et universales , quoniam in , cum , ex motu moroso , vel ablatō deficit vita , ac depravatē operationes universales sunt . Acidum enim mutatum in suo naturali sapore , ac Figura semp̄ morizat ; vel auferit quemlibet naturalem motum in omni fluido , omniq̄e Idea , ex qua motus naturales depravantur omnes.

XII. Obstructiones , convulsiones , paralyses , inflammations omnes , morositates , tumores , tubercula , et singuli depravati motus ex ducentium canarium , et vasorum deferentium morosa Idea sunt , et hæc omnia ex præciso austero , acido , pontico coagulante deferuntur ex fratre volatili archeali ; unde coagulationes variae diversis canalibus , & organicis delatae . Sufficit h̄yemale anni tempus avosum , algidum , salinum acidum , elasticum inspiratum ducere pleuritides , apoplexias , & multiplices individuos morbos ex solo acido nitroso elasticō inspirato ; quo sapore gradatim morantur fluida ipsa , ac coagulatione officiuntur , distinguendo specificos morbos ex regione , in qua fit morositas , sed præcisè in vitali prima inspirante , & mota ab ipso inspirato elasticō austero , acido . Sufficit fieri multiplicitas morborum ex solo austero acido inspirato elasticō . Sunt graves , multiplices , difficilis correctionis ex his causis , nám graves sunt ex universaliori læso fluido lymphatico , cui maximè annexitur acidus austerus sapor ; ideoque universales sunt deprava-

vationes morbosæ, quia deferuntur ex præciso fluido polycreste lymphatico defectivè ideato à Sapore acido austero. Similiter multiplices fiunt morositates diversæ in hypocondria. ca passione ex multiplicitate, & varietate morositatis in diversis, multiplicibusque officinis, at saporizatione universalis lœdente.

XIII. Difficilis sunt curationis ex acido sapore lœdente morbi-nam acidum morizando sua aciditate omnes succos naturales, illosque tenaces, durosque, & crassæ Figuræ ideando, fit diminutus Motus in tota machina; unde obstrucțio vasorum, & officinarum, quia dicit morositatem, fit origo universalis morbosæ, difficilisque curationis; hinc multiplices morbosæ ideationes ex tali causa redduntur curatu difficiles, uti hysterica passio, hypocondriaca convulsio; illuminatione saporifera torpescente, Motuque universalis morante.

XIV. Nec negligenda series organorum suscipientium talement aciditatem depravatam ex annexione canalium defrentium ipsum succum in ipsas officinas; uti sunt, pancreas, lien, ventriculus, hepar, mesenterium, aliaque annexæ officinæ, in quibus fit cribratio continua successiva, tam necessaria in restauratione, & conservatione viventis Machinæ: quæ acida saporizatio non solum diminuit, sed graviter morizat, tardiorēmque facit, atque diminutam tam necessariam filtrationem in qualibet officina, fluido, regione naturali vitali, & animali: quæ omnes ex ipsa morizante aciditate tantam patiuntur depravationem.

XV. Hinc acidum morans non solum graves, longos, varios dicit morbos, sed etiā lethales, quia morizando universalem Motum, ac fluida omnia in tota Machina vivente, hanc reddit gradatim torpidam in suo motu, suisque irradiantibus volatilibus archealibus succis, & idem acidum coagulans non solum lympham, cæterosque liquores, rigidam reddit arteriosam massam, ex qua lumen universale restaurans defertur; idedque instantaneæ mortes ex aciditate nimia, quia deletur Motus universalis: unde mirum non est, se

ex

ex eodem vitioso acido læso in suo naturali Sapore , & consona Figura supprimantur omnes Motus particulares in tantis morbis expressis , tām articularibus ponderosis , tumefactis , tuberculosis , strumosis , aliisque.

XVI. Variis regionibus , & distinctis fluidis gradantur morbi ipsi ex ipso forti acido mediocri, levi, ad cuius geometricam mensuram consequntur , & gradantur morbi longi , breves, leves, læthales ex fluidis etiam , & solidis distinctis , tām indolē fluiditatis , quām copiæ , & usus necessarii.

XVII. Tali gradatione , varietate liquorum , & partium lœtarum præstantia , insurgit methodica correætio acidi lædentis , nām acidum ipsum non unico Sapore offendit , sed multiplici , quoniam acidum depravatum , si stypticum , stringit: acidum ponticum vitriolaceum corrumpit , destruit luciditatem arteriosam cordialem: Acidum salinum solvit erodendo , ducens duritiam , & cariem ; in carie solvit , in duricie callescit: acidum volatile , quod non ponitur in serie morantium saporum , sed sulphureorum penetrantium , agit volatilizando , & sua Idea solvente eterogenea , tām succos fluentes naturales , quām semifluida corpora , & solida etiam solvit; uti ariduræ universales cutaneæ , carneæ , glandulosæ , & semioffæ , & ex tali succo sempèr deferuntur morbi universales . Acidum undique destruens , & minus morans , illud est opprimens Figuram , & destruens Saporem , ac unā simili sensationem à succo nerveo lumbricali roscidissimo adhæsivo in Motu fibroso; sic sunt læsi nervervei succi spermatici fœcundantes , seminales , & illuminantes animalem se dem , & consequentes fibras nerveas : obstupefactivum est tale acidum habens semimuriaticam Ideam destruentem sensationis Ideam. Acidum gelans stupefaciens nerveos molares , inducens convulsivam spasmodicam dolorosam , cincicam , strabismicam paralyticam convulsionem , ac osseam , cartilagineam immobilitatem stupefaciendo : Offendit eterogeneas partes omnes , destruendo in ipsis nerveam irrationem , tām in partibus organicis , fluidis , solidisque muscularis ; quām villosis , tendinosis : Sic offendit , læditque tale acidum.

XVIII.

XVIII. Tanta multiplicitate liquorum varia læsa, & multiplici, ideo morbi varii tam in chylosa sede, pancreatico officina, lienis, & hepatis; nam ex depravatis tantis succis lœditur universalis massa sanguinea in qualibet regione, circulationis Motu, & in ipsis regionibus inflammaciones, & specificati morbi varii, multiplices sunt ex sanguine ipso depravato ex multiplici aciditate. Abscessus innumeri in canalibus, & officinis, morositates inflammatoriae, & paulatim ex morositate etiam suppurationes ex inflammatione in qualibet regione, sede, quam invadit grumosus lœdens liquor, nam inflammationem omnem consequitur suppurationis.

XIX. Sola violenta contusio, gravisque depressiva, externa concussio capax est morosum ducere Motum in fluidis ex depressis canalibus deferentibus, & vacuitatibus naturalibus recipientibus. Depresso, contuso solidi organico, corpore, deperdit suam structivam, naturalem modulationem vel ad minus arctatur: qua contusione canales deferente, stringuntur, vel obstruentur, nec deferuntur fluida ducenda partibus contusis; unde ex motu moroso, vel remoto, fluida coagulantur, & grumescunt ex mora, unde tumefactio, inflammatio, apostematio, & consequens suppurationis, nisi solutivis praestigiis internis, & externis; dummodo capacitas sit in parte contusa, & depravata. Si liquoris deferatur parve copia, nec transpiratio externa sufficiens sit, tunc etiam, licet levior Motus morosus sit, nisi solutione corrigatur morosus succus, idem extat; qua morositate fluida non habita, vel transpiratione sufficienti necessaria, consequitur suppurationis ex Figura fluidi gravi, Sapiente læso, copia stagnante; Motu moroso, vel ablato.

XX. Aeescit in contusione morosus succus, omnesque liquorales concurrentes, & naturaliter fluentes aescere debent in contusis organicis; nam nulla morositas in fluido, vel canalibus deferentibus, nisi ex intrinseca aciditate laudente, ac elastica deferente intus ex inspiratione suscepta. Aescere debet, quod purulentum sit; nam depidit à sua Idea na-

naturali in alienum Saporem, ex quo vitiosam Figuram suscipere debet.

XXI. Diceret quis: ex qua causa acescere necessitat, & non amarescere, vel falsescere, aliumque Saporem recipere corpus, pars solida, vel fluidum qualemcumque, dum vergit ad suppurationem; quamvis omnis suppuratio à fluido initium habeat? Solutio non difficilis virtuoso anatomico multiplex. Primum annotandum est non dari alienationem ab Idea naturali in viventibus machinis, nisi primò ex diminuto motu depravato, vel remoto: ita singula Figura, omnisque Sapor est promptior ad depravatam Ideam, dum aufertur Motus in suo fluido, & consequenti organico solido. Aliud notandum, ex Saporibus omnibus acidus, austerus aptior est, & efficacior retardare, diminuere, depravare, vel removere Motum in fluidis, quia ex tali Sapore fit coagulatio, morositas in fluidis, unde removetur Motus, ideditur Figura naturalis; ex quibus alienatis, vel depravatis, vitalis Motus, in quo, cum quo, ex quo vita est, removetur. Omne enim, magis offendens Motum in fluido, ac solido, illud est efficacissimum primum, quod adimpleret morositatem in fluido; quæ morositas ex acido vitioso primam Ideam suscipit, unde morositas tollit Motum naturalem in fluido ducendo, quo non delato, suppuratio.

XXII. Ex acido destruente, balsamici succi non decurrent, quoniam ex amaro Sapore fluida extricantur in Motu, & non morizant: Tali enim amaro Sapore fit extricatio fermentativa, solutio fœculentorum, cibarum, idemque conservantur fluida in Motu suo, & quod magis producunt amarum Saporem, efficaciorum, ac celerioreum ducunt Motum. Fruetus, cibi, herbae, plantæ amari Saporis tardè, ratiæ alienationem suscipiunt: omnia acida fructifera, cibaria, herbacea, & qualiacunque, uti liquores omnes citius alienantur, dum sapiunt aciditatem, causa morizationis. Sicuti amarum est initium extricantis Motus, quia Saponarium, & sulphureum, oleosum, balsamicum conservans Motum, ita suum oppositum acidum morizat, ac removet

removet omne id , quod aptum est servare extricationem , naturalemque vitalem Motum in qualibet , singulaque vi-
vente Machina.

XXIII. Nec salsus , salinusque Sapor deferre tam-
celerem alienationem in fluida , & consequenti organico
Salino solido.Salsus Sapor , quia extricantis Idez , hinc sal-
immissum , in aqua stagnante , capax est ovulare , & ex-
tricare vermes dum stagnans , ac morans illa erit ; nam omnis
verminatio requirit ovulationem , & singula ovulatio exigit
morositatem aliqualem , quatenus possint Sapores annexi
ad figurandum ovum ; tali causa decurrentes aquæ , & flui-
tantes liquores non verminescunt , quia in motu ovulari
est necessaria aliqualis morositas ad ovulandum : eadem cau-
sa omnia amara , quia sunt initiantia extricantem Motum
non sunt apta morari , ac deferre ovulationem , & conse-
quentem verminationem.Sulphureum Salinum , quia non
sapit morositatem debitam , ideoque non faciliter verminescit
in fluido , nisi concessa illi mora debita ovulationi.

XXIV. Acidum fluidum dum extricat Motum , non
solum debet aliquali salino gaudere , sed etiam amaro , licet
abscondito , aliter non ducit Motum fermentativum. Pan-
ificium fermentum ideo eterogeneum est in Sapore , quamvis
aciditatem denotet gustabilem ex peculiari aciditate majo-
ris copiæ in eterogeno Saporifero fermento : Quando ni-
mis fermentat panifica massa , sive magdeleon panificium ,
ducit in sua aciditate amaritatem ex nimio fermento , &
longo tempore , etiam apparente in cocto pane : nimia mo-
rositas fermentativa excedens debitos limites extricationis ,
elucidat absconditos amaros Sapores sistentes in panificio fer-
mento , licet inferiori gradatione ; nam singuli contenti Sa-
pores , dum nimio fermentanti Motu ducuntur , ostendunt
propriam Ideam , licet mindus gradatam.

XXV. In acido pravo offensivo sempèr reperitur e-
terogeneitas Saporum ; nam fermentatus quilibet Motus per-
fectivus , vel defectivus sempèr exigit eterogeneitatem Fi-
gurarum , & Saporum pugnantium intèr se: quæ pugna , si-

et eterogeneitas dicit fermentativum Motum perfectivum naturalem, & deficientem morbosum, non ex se, sed causa Machinæ, cui opponitur. Verminatio omnis in vivente Machina semper dicit duplē Motum, unum scilicet persicentem, qui est Idea productionis verminosæ, alter Motus est offensivus relativè circa Machinam viventem; nam ex generatione vermium lreditur Machina vivens, ex relativo Motu penes Scholasticos. Dum acuitur ferrum in Figuram gladii, vel cultri acutæ Figuræ, tunc dicitur modulatio acuta in ferro perfectiva, quia reddit ferrum instrumentum incisivum, sive aqüivum; Dicitur vero offensivum, ulnæans Machinam viventem, aliudque corpus organicum, sic quilibet Motus morbosus offensivus circa Machinam, & perfectivus respiciens proprium Motum.

XXVI. Sicuti Figura multiplici modulatur ferrum, singulumque minerale metallicum varias *multiplices suscipiens* Figuras ex varia modulatione; ita acidum ipsum Saporousum fluidum, ac qualcunque solidum, & reperibile saporosum, dum annexitur alteri succo saporoso & diversimode modulatur, tunc suscipit tot, tantaque modulationes fermentativas diversas, multiplicesque in saporosa annona, & Motu multiplici: in varietate partium offensarum plorès elucidatum est. Tot, tantaque offensiva fermenta deferuntur ab acido pravo, quanti sunt Sapores multiplices vani, quibus copulatur. Si acidum annexatur austero, erit una series fermenti, si uniatur falso volatili, oritur alia species; dum amplectitur amara, alia insurgit indoles, si salino figatur, dicit diversum Motum, & in omnibus Saporibus annotatur gradatio varia, sicuti est annexio diversa Soporum; unde multiplicitas fermentationis semper firma tenenda, uti fundamentum Saporousum debet exigere acidum ipsum, aliter suppressa esset ejus extremitas, nam Idea acida est prevalens saporosa fermentativa cum amara, salsa, austera, sulphurea, aliaque annexa. Tali geometrica gradatione fiunt fermentati variis multiplices Motus ex predominanti Sapore, sive perfectivo, ac offensivo morbo.

XXVII.

XXVII. Elastico universalis , aliquaque singularibus depravantibus acidum ipsum morbos Motus eveniunt ; tanta diversitate , quantæ sunt modulationes annexorum Saporum , tam ordine gradationis , copia regionis , partis offendit ; quam fluitantium ipsorum ; non solum acidum primum , sed acidum ponticum , austерum , salinum amarum , lymphaticum , salivall , arteriosum , venosum , nerveo , esurino annexum defere gradatione morbos ; nam acidizatio in animali regione varia , non eadem , ac in vitali , ventriculari , aliquaque regionibus . In una regione convulsionem , in altera syncope , pales moras , in altera mortificationem chylificationis , & curationis , ex varia regionis modulatione .

XXVIII. Fit in quolibet succo , & regione imitatio Abecedaria , in qua diversa modulatio literarum dicit varias dictiones ; sic quilibet saporosus succus operatur , lymphaticus , nervinus , volatilis , vitalis , archealis , amarus saponarius , esrinus chylificans , & singuli : depravatio ab acido salino una , ab acido austero altera , ab acido pontico diversa , ab acido stupefaciente varia . Diversas patitur , varisque ideationes dicit succus quilibet ex varia modulatione , & annexione .

XXIX. Ex his multitudo morbotum , & methodica clara indicatio in qualibet regione , sive naturali vitali , ac animali ; hinc acidum peccans in regione naturali exigit oleosa stomachatica corrigentia acidum eterogeneum , ipsumque ideando amaris naturalibus iocundis , paulatim successivi , & hydragogis annexi amara , ac vegetantia oleosa . Vitalibus symptomatibus saccurrere opus aqueis cordialibus volatilibus : Animali regioni blandibus nervinis primis reficiens , consequentibus , evacuantibus , sed repetitis intermediis jacundis . Universale praesidium in corrigoendo qualunque saporosum acidum alienatum à sua indole debet esse illud potens , & capax assumente omnes alienos Sapores , tam acidos simplices , quam ponticos , austeros , salinos , vitiosos laecos , ut sic corrigitur qualiscumque vitiosa Idea : hoc universale est chalybeatum , quo corrigitur , & assumuntur un-

universaliter omnes alieni Sapore.

XXX. Metallicum chalybeatum minerale est durissimum & annexionis, multiplicis Figuræ, & constructionis: ad cujus structuram concurrunt multi vitriolacei Sapore, eruginosi corrusivi, incisivi corruptentes, aliqui. Aeruginis Idea sat denotat quale Saporosum eterogeneum sit in sua, structura ferrea: tales etiam sunt Figuræ consonæ contineentes Sapore metallicos, & hæc omnia strvunt duram mineralem aeruginosam ferream. Ideam, quæ capax est reddendi flammeas scintillas ex percussione alterius similis, vel lapidei extricantis metalli, ex fuscitato Motu in abscondito metallo sulphureo accensibili: illas Ideas tribuit occidionali causa data, quibus constat Machina ipsa, eosque Sapore moverendo, qui sibi suo continentur.

XXXI. Dum præparatur metallum ipsum in pulvrem redactum simplici aqua, quæ plenè irroratur Machina ipsa ferrea, & ab ipso aquo fluido continuò madefaciendo, assumuntur omnes Sapore contenti in ipsa mole ferrea, & tanto tempore, & continua irroratione copiosa, ut successivè ex novo fluido aquo simplici solvantur, frangantur, ac destruantur omnes Figuræ, quibus reddebat Idea ferrea dura, & cum ipsis Figuris abolentur Sapore omnes struentes ferum ipsum, ac falia eterogenea sulphurea, erodentia, aeruginosa struentia ferrum ipsum, quo construebantur gladios Figuræ pungentes, vulnerantes. Tanta, talisque Figura, talesque multiplices Sapore strvunt chalybeatam Ideam, ex qua expressa, flamma aeruginosa eructant. In ejus præparatione, ac solutione salium destruantur omnes Figuræ, Saporeisque contenti, nam in subtilissimum pollinem deducitur farinaceum. Quæ præparatio est omnium præstantissima, quoniam à die præparationis sulphureæ non soluunt, neque evacuant ex chalybe omnes Figuras, & Sapore, causa salium: Simplex aqua capacissima solvendi, & spoliandi omne Saporosum; & qualemcumque Figuram ex quolibet eterogeno corpore; ideoque aqueum fluidum primum assumens omnes Figuras, & Sapore.

Cor.

XXXII. Corpus chalybeatum ita preparatum fit universale capacissimum corpus assumendi, & reprimendi omnes illas Figuras, Saporesque annexos, quibus ideabatur in mole ferrea, iam deperdita causa solutionis in subtilissimum pollinem; scilicet acidos Sapores, austeros, ponticos, ruginosos, erosivos, scintillantes, eterogenaeos, quibus praegnans erat in structura ferrea ex susceptis simplicibus assumentibus aqueis; unde aviditate naturali cupiens illos assumere, quos in preparatione omisit, fit capacissimum, & universale praesidium assumendi, quod reliquit, sicuti aquam capacissimam fluidum solvendi qualescunque Figuras, singulisque Sapores ex Machinis perfectivox, & defensivox.

XXXIII. Qualem esset tam reperibile universale assumens in scorbuto, hypochondriaca affectione, quæ tanti annectens innumeris symptomatis universis affligit ex indumentis Saporibus, & Figuris laesis, in qua affectione non solum fluida multa, sed partes organicæ affliguntur; ideoque Idea universali, tam fluida aqua assumente, quam solida indurat. Sunt duo praesidia polycrestam Ideam habentia solventia, & assumendi omnes Sapores peccantes, varios, multiplices in hypochondriaco morbo. His indiget, ac mitigari valet successiva correptione polycresta.

XXXIV. Multoties non operatur, nec assumit seriem exoticanam Saporosam lœdelem, ac scorbuticam hipochondriacam demolientem Ideam in Machinis vitalibus, ob passi fortissimam indolem, nimirumque duram tuberculosam obstruentem cacheeticam depravationem: quibus eventibus lapidescenti viscera, datusque naturales ob Figuram ferream, duramque indolem suscepit, & firmatam longo tempore a pravis Saporibus, austrosisque succis modulantibus Figuras. Tunc non spoliatur, nec corrigitur massa fluidorum universaliissimo chalybeato, indigetque alio polycreste praesidio, quale reperitur in primo fluido aquo, et iam universali, uti sunt balnea universalia assumentia, & dissolventia; At primario, non negletis gummatis solventibus ammoniacis multo.

multo tempore, ut incidentur durae Figure peccantes, & tali incisione sint capacia duci dura fluida ad propria cavitaria.

XXXV. Aqueis balneis torrida cutis, exuga fibra, mortis cutanea, salina glandulae semitorrida ex muriaticis salibus eterogenitis, sylvestribus depravatis, solvantur, & universalis cutanea evacuata deducatur paulatim, continua, successiva, ut si quis curiosus gisteret post balneationem aquam ipsam, illam reperiet saltam, pravogue Sapore eterogenito identata; quod accidit ex successiva solutione salium, primò indecūsum cutis, indequā successivo gyrematis Motu singulos delatos liquores ex tota Machina universali fluida: Quibus molestis salibus spoliatur successivè, unde salubritas ex tali continua, successiva, sed methodica balneatione tempore debito, & terminatis horis.

XXXVI. Prodest multipliciter balneatio aquæ purissimæ fontanæ; quia diversitas salium in Figura, & Sapore non possunt solvi, & assumi, nisi ab illo fluido capacissimo habente in sua suo omnes vacuitates cuiuslibet Figure assumentur, & Saporis diluendi. Talis capacitas in solo fluido aquæ universalissimo; idēque balneorum usus aquæ dulcis non solum universale præsidium diluens, & aperiens cutaneum, emundatorium universale, sed currigens salinos adherentes succos eterogenitos annexos cutaneæ sed, idēque in hypocondriaco morbo, in quo multiplices Figure, Sapores variæ dentes, in acido austero, pontico, muriatico, erosivo, salino, aliosque sit; ut tantis Saporibus, tantisque molestis Figure defteratur abecedarium depravans omnes operationes, ideationes in regione naturali, vitali, & animali, & in Machina vivente lata tali hypocondriaco morbo: unde quale præsidium aptum esse potest capax corrigendi tale abecedarium morbosum, quo sunt tot symptomata ferè, quot quantaque dictiones variæ, multipliciter modulari possunt ex illo? Aqueum fluidum talem capacitatem habet polycrastam, tam in perfectivo, quam in defective Motu: ex ipso nutruntur herbae, plantæ diversæ Figure, & Saporis, pisces,

ser, reptilia, volatilia, bruta, & nobilissima humana Machina, qua omnia dissimilia in Figuris, Saporibus, Motu, & consequentibus speciebus, et quia nutrimentum universale, capax est omnes ducere Figuras, & Sapores, sicuti circula nobilissima Figura sphærica ducere omnes Figuras sola sue modulatione.

XXXVII. Quia non sola Saporizatio defert, & modulat morbosam. Ideam uti multoties elucidatum est, sed etiam Figuratio Officina constructæ regionis distinctæ naturalis, vitalis, & animalis; idemque universale corrigens præsidium debet esse aptum, & capacissimum deferte suum auxilium, corrigendum cuilibet offensa officine, & lœsa regioni. Lymphaticum fluidum aquum in omni officina, singulæque vi- scere, qualibet regione, invadit, singulæque diluit causa universalis nutritionis; idemque petens aquum fluidum omnes duces, singulæque officinas ex gyrematis Motu, inde fit, quod omnia Figura lœsa, molestaque Sapor ex continuo suo Motu irrorante corrigitur, quod reperiit nequit in aliis fluidis subalternis, & diminuti Motus, ac terminata correctionis.

XXXVIII. Rationabili causa & methodo recta dicitur in corrigendis tantis saporosis suecis, & individuali, ac officinis, ut sedi animali, succoque servet succiatæ, hydriæ, nibus, griseis, castorinis, viperinjs, similibusque respi- cientibus animalem sedem, nerveumque succum, lucidando, quod obtusum est, & vivificando torpidum, reddendo, & extricando animalem Motum morositate depravatum in animalibus Ideis, quibus hæsis torpescit Machina. Simili me- thodo diriguntur in regione vitali luminosis archealibis, li- gnis veris albetris conferentibus cordiali restaurandæ regio- ni, & similibus, nec aliter naturali regioni, eiusque sedibus occurrandum in hypocondriaca depravatione, stomaticis, esuriosis, ac illis contingentibus eterogenos Sapores in regio- ne naturali, tam universaliibus, quam individualiis. Omnes potiones aquæ selenitæ ideatæ quadam Idea solvente canales obstructos, ac spoliando quod alienum est in ipsius selenitæ pa-

paritor aquæ Noceritæ Umbriæ ex minerali regione ductæ, qua assumentes, & solventes Ideam absconditam ducunt pectinæ emunctoria, ordine multiplici repetito, & gradata copia deambulando deferre, quarum potus non leue præsidium in hypocondriaca passione; quamvis localis esse debet ret talis usus, sed ob loci longitudinem multoties non profundit, quia adultera sunt. Est universale præsidium, quia aquæum, & ideatum solvente indole, in cujus deficiencia venit usus; etiam, aliorum corrigentium universalium tantorum Saporum, uti in gradatione solida, & fluida iusfusiones purissimi chalybis in sero caprino depuratissimo, per multis vices habita quolibet manè gravi deambulatione, ut cito ducatur per debitos canales, & naturalia emunctoria, adimplens duplicatam indicationem, & assumendi laesos Sappores cum chalybe, & solvendi quod crassum est per aquæum caprinum serum.

XXXIX. Opus est ultimam ducere manum in his præsidij adhibitis, ut reliqui saporosi succi deferantur ad prima emunctoria, quod adimpletur masticatione vegetabilis reubarbari; his simplicibus auxiliis corrigitur talis morbus.

XL. In organica ventriculi officina, in qua magnum conficitur chylificationis opus, sunt multi occurrentes simplices liquores; & eterogenei, de quibus distincta elucidatio ducenda; unde sit.

G N O M O N III.

Liquoris Chyliferi, & Officinae Chylificationis Ideatio Perfectiva, & Definitiva Ducitur.

I. **S**icut eruditæ, ac fundamentaliter dixerunt antiqui, qui Authores ventriculi sedem stomachicam assimilari Patrifamilias, regenti, succurrenti, ac præbenti omnime, id quod necessarium erat optimæ educationi filiorum, tam in

in regimine morum , quām in substantiatione materiali . Est enim ventriculi officina , ex clarissimo Anatome , fundatum initians omnes Sapores , singulasque Figuras diversis , variisque motibus ducendas in totam viventem Machinam , respectivè , specificam , ipsamque restaurando , nutritendo , & conservando suo chylifero liquore eterogeneo . Sinu suo servante singulas rudes Ideas ducendas , perficiendas , conservantes . In ipsa officina reperitur totum id saporiferum , & figuratum , licet ruditer , quo conservari debet , ac durationem habere qualibet vivens moles in suo specifico Motu .

II. Sunt in ipsa sede simplices , & eterogenei succ ex diversis sedibus delati . Eterogenei ex sanguine , & vena Porta fovente ventriculum ipso venoso crōre : ex Arteria Cœliaca ramificata ducitur volatile arteriosum in ipsam sedem , undē Cœliaca pulsatio aliquandō , sed morbosa obser- vatur in ventriculo , qui suscipit Succum Nerveum ex sexto pari nerveo , sublimem illuminationis Ideam præstando ; undē aliquando convulsiones spasmodicæ in cardiaca affectio- ne nuncupata : Sunt irrörantes alii succi , scilicet per du- culum acystico vase fluiens amarus , subamarus subintrans , undē vomitus biliosi amaricantes in , & à ventriculi sede ex molesta copia , & loedente Sapore deferuntur . Lympha- ticus succus petit eamdem ventriculi sedem strudis naturali- bus canalibus , quando culpans lympha ipsa nimia copia , vel molestis Sapore , & Figura , ex quibus per vomitum du- cuntur copiosæ lymphaticæ evacuationes . Salivale fluidum sive subsalsum ex eadem saliva descendente in ipsam stomati- cam sedem , & sic etiā vomitus subsalsi , morbosí fiunt . Subacidum Pancreaticum fluidum ex ipso Pancreate , cui infidet ventriculus , quem ingreditur meatus ipse , dicens subacidum succum , & tali annexione consensus , conspira- tio , sociabilitas cum ventriculo , etiā ab ipso in lienem , & à liene in ipsum ventriculum . Sola annexio horum visce- rum , si ve officinarum , & comunicabilis societas intèr talia viscera , & ventriculum per canales deferentes sufficiens ef- ficit .

MICROLOGIA METHODICA

Et suadiditatem deferre in ipsum ventriculum, ex quo pergit acer vomitus acidi, copiosus ex offenso ventriculo; & praecipue in affectionibus hypocondriacis, hysterics, passionibus, aliusque molestiis quotidianis apparentibus: Sic anatomica servata positione.

III. Est anatomicus naturalis continuus successivus fermentatus Motus, & succus universalis stomaticus eterogeneus undique; nam eterogeneus ex singulis naturalibus variis saporosis succis, & universalis ex continua delatione illorum ideanda.

IV. Chylificatio cibaria, & potulenta agitur ex his, & cum his singulis succis simplicibus, & eterogenibus in tota, cum tota, ex tota fluida Machina. Hoc principale fundamentalum totius universalis Machinæ initians naturaliter ex singulis, omnibusque fluidis, quia in totam Machinam, & in omnia fluida decurrere debet nutritionis, restorationis necessitate, argumento duxationis ideante: dum reliquæ officinæ sunt individuæ ideantes, dependentes ex hac principali prima, in qua, ex qua, cum qua singulæ rudes ideationes imprimitur, ut successivis Motibus per debitos canales possint inde deferrri, & in propriis officinis perfici, ultimam sapienti figurati Motus, tam cribrantes, quam naturaliter perficientes.

V. Ex præternaturalibus Motibus confirmatur numerus omnium fluentium saporum stomaticorum. Ex ventriculi sede sanguinis vomitus, nervæ cardiaæ convulsio, acidus, amarus, lymphaticus, salis, variegatus eterogeneus, multiplex vomitus, & aliquando immidatus, nec ex apostemate moroso desabente, sed ex sede scaturiginis emanante. Continuo affluunt successiva delatione in membranaceas tunicas, papillis structas expressi liquores, ideantes, & componentes eterogeneum succum esurinum, qui satis ex tali eterogenea saporifera, figurata, fermentativa indole conficit chyliferam massam multis causis expressis. illam naturaliter ideando.

VI. Prima est ex necessitate fermenti cuiuscunque, nam

näm nullus fermentatiyus Motus fieri potest ex simplici Sapore, & unica Figura: Secunda est, quia varietas, & multiplicitas ciborum, & potuum indiget præcisio succo, etiam eterogeneo solvente, & forti; unde non unus, vel duplicatus succus sufficiens est ad chylificandum: ideoque tanta multiplicitas eterogenea Saporum esse debet in officina ventriculi, quot reperiri possunt species cibarum solvendarum ab acido, amaro, salino, nervoso, illuminante archeali, aliisque. Hinc Machina Machinarum humana omnes sapis cibos, & gustat, quot reperiri possunt in Machina creata, quia ipsa sola nobilissima, universalissima, suo sinu servat anatomice nunc expressos universales Sapores, succos, & liquores cum eorum Figuris. Tertia causa est pondus, & copia comestibilium ciborum: quæ copia eterogena ex uno succo non potest solvi, nisi ex annonae maxima saporifera solvente, ideante tantam copiam, tantumque pondus, tam in specie, quam in copia, gradatione, & geometrica positione dictorum succorum unicum universalissimum esurium componentium, ex quo universale abecedarium solvens saporiferum sit in ventriculi Officina humana. Quarta causa, quia chylifera ideatio, sive chyliferum fluidum debet nutritre, restaurare, augere, ideare assimilari, æqualitatem ducere, singulis fluidis primariò, in Machina sistentibus diversis, & ex his eterogenearum partes solidas in nutritione totius Machinæ, tam spermaticas ideandas, osseras, glandulosas, membranaceas, quam musculosas, quarum quilibet suo simili æquali, saporoso, figurato succo nutritri, restaurari, perfici, augeri debet. Tota annona talis à chylo quanto, necessariò, naturali, ideante fluido præberi debet: Si enim in chylo non essent tanti liquores, tantique variis Sapore, quomodo fundamentum esse posset talis universalis nutritionis & durationis polycrestæ Machinæ.

VII. Anatome constat in evacuatione sanguinis, sive in salasso observari tot, tantasque eterogenearum impressiones, sive liquores lymphaticos, spermaticos, salsos, acidos, amarus, lucidos archeales, diversosque, tantasque varias

B b 2 Figu-

MICROLOGIA METHODICA

Figuras, uti in distillatione lactis totum patens est; ut supra elucidatum in magdaleone superstite in fundo alambici reperiri inumeras diversas Figuras respondentes suis Saporibus, nam lactiferum fluidum immediatum fit exchyli dimensiva massa, qua nutriti debent singulæ eterogeneæ partes infantilis machinæ, usque ad perfectam structuram puerilem, tam fluidam, quam duram osseam, singulamque. Si igitur in lacte consequente corpore reperiuntur siugulæ Figurae & Sapores naturales, quæto magis in universalissimo alibili chyloso, ex quo illud, & in consequenti cruento immediato alibili.

VIII. Alia ex causa præst multiplicitas Saporum, ideantium esurinum liquorē, ex quo chylificationis opus, & omne id, ex quo strudio universalis consequitur.

IX. Neque universalitas obtineri posset, nec conservativa, nec depravativa, nisi esset eterogeneum fluidum ideatum diversis Saporibus, & Figuris, quibus copulatis orriuntur varij, diversi, distincti fermentativi Motus. Chylificationis est uniyersalis Motus ex fermentativis singulis copulatis occurrentibus naturalibus fluidis in officina ventriculi, ex qua ideantur omnes Sapores deferendi in varias officinas.

X. Subacidus Pancreaticus Sapor, & succus sua subaciditate suscitat appetitum, solvit suaviter Matu punctis tunicas, & membranas ipsas cum delatis liquoribus. Armarius liquor foveat, & sua balsamica oleositate conservat fermentum esurinum, ipsumque restaurat. Salivale fluidum sub salsum irrorat ex sua Idea omnes succos lymphaticos, ipse que univeraliter irrorat omnes Sapores, singulosque succos quibus copulatur. Stomaticus succus basis universalis singulorum liquorū naturalium. Nervea ideatio, licet, non gravis, at efficax, vibrans universam officinam, ipsamque esurinam massam, sicuti arteriosus cruentus illuminans ipsam stomaticam sedem sua archeali Idea; tam venosus ex vena porta fovens successivè continub, ipsam officinam roborando, singulosque succos, quam omnes expressi liquores stomaticam chyliferam officinam: ex quibus omnibus univiale esurinum fluidum fermentativum chylificans, ideans, solvent, fruens massam cibariam oritur, illamque sedem successivo

cessivo Motu fermentativo ducens in massam chyliferam universalē, ex qua fluentes liquorē alibiles consequuntur.

XI. Omnes expressi succi, ac Sapore necessarii in naturali chylificante fermento stomatico; hinc quilibet ipsorum depravatus non sola chylificatio lœditur, si ex copioso Sapore, vel diminuto, at etiam consequuntur, non solum individui morbi amari, acidi, salsi, lymphatici, nervei, archeales, sulphurei per vomitum, aluum, cardialgiæ, tormina, conuulsiones, inflationes, eachexiz, obstruktiones, sed etiam universales ex ipsa regione naturali initium suscipientes, & præcisam causam lœdendentem ex lœsis saporibus stomaticis, & universalī fermento.

XII. Non ipsi tantum morbi originem sumunt ex abdominis regione, & stomaticis Saporibus, sed omnes alii consequentes lactiferi muliebres, sanguinei, & cordiales animales, cæterique omnes, uti fortissimum fundamentalē ex ipso fermento stomatico originem ducunt; uti ex præcisa causa Motus febriles qualisunque specier, continui, intermittentes, graves, mediocres, lethales ex ipsis lœsis saporosis naturalibus fluidis, & in ipsa ventriculari officina agnoscunt gradatam, morbosam, salubremque Ideationem, qua Ideatione ducuntur iu consequentes sedes perficientes, & ab illis non emendantur, sed potius gradationem suscipiunt, Motumque extricantem. & initium paroxysmalem tertiarium quotidianum, quartanarium, quintenarium, usque ad septenarium, uti pluriē observatum venit, & in praefatis nonnullis præternaturales Motus morbosos usque ad annum, signando non solum diem, at etiam horam in elapsō anno expressam. Podagrī morbi, motus conuulsivi, apoplectici, hysterice passiones, aliisque.

XIII. Quod maximè totum hoc anatomicè roboret, & confirmat, est vomitus tempore debito extricatus, quo evacuatur, & expellitur ex sede Stomatica, quod fermentandum erat lœsum, quo excreto etorogeneo succo, statim, vel diminuitur, vel totaliter auferitur febrilis Motus ex totali, vel diminuta excretione lœdendentium succorum ex ipsa ventriculari sede, expulso quanto fluido pravo, veluti cap-

ta

usa præcisa fovente, ex quo Motus Febrilis. In omnibus morbis paroxysmalibus vomitus utilis est, quoniam illud excernitur quod fermentandum erat, unde tales vomitus semper sapiunt illam Ideam saporiferam, vel eterogeneum Saporem laudentem amarum, acidissimum, saluum, pungentem, articosum, variegatum, fetidum, uti est in sede ventriculi.

XIV. Non alia causa operantur pharmaca elexipharmacæ, diluentia, assumentia in corrigendis, saporizandis, evacuandis peccantibus succis à tota Machina, omniq[ue] re-gione vitali, animali, naturali, nisi ex hac anatomica elucidatione. Quomodo prodesse posset pharmacum in morbis pectoris, capitis, & aliarum partium, nisi correcto; & evacuato pravo liquore laudente saporoso contento in naturali re-gione? Quomodo antifebrilia essent apta corriger fer-mentantes Sapores alienatos sistentes in venis, arteriis, canalibus, officinis, nisi correcto fermento ventriculi universalis? Quomodo specifica vitalia, cordalia, animalia, nervea, uretica, aliaque possent morbos corriger, cum omnia talia præsidia saporifera primo petunt Stomaticam officiah[em] laesam in Sapore, Figura, & quanto fluido simplici, vel eterogeneo?

XV. Anatomica potens causa docens omnes Sapores, Figuras initiantes Motus singulorum fluidorum initium habere à ventriculi stomatica officina, ejusque fermento, tam in Motu perfectivo, quam in morbo defectivo prædictor cutaneos, & contusiones, uti in occasione externa forti, & successiva annexione morosæ circulationis fluidorum; ideoque præsidia omnia corriger debent ipsam stomaticam officinam in suis Saporibus, & officiis, uti fundamentum perficiens, Sapores solvens, ac extricans Figuras omnes, tam perfectivas, quam defectivas: unde Emerica ex ventriculi sede immediate auferunt quod alienum est, & similior-dine consequentes officiaz, & liquores ex tali securigine correcta, emendantur, & prædius corrigitur in sequenti-bus:

dus officinis vitali, & animali, uti ex principio, ex quo omne perfectivum, & defectivum Saporosum, & Figuratum originem dicit, & fundamentaliter dicitur ventriculus officina officinarum, sicuti in herbis, & plantis, & vegetantibus omnibus, radices sunt ventriculus, ex quo idealis, ac seminalis specifica impressio dicitur, nam tam in sensitivis omnibus, quam vegetativis speciebus, stomatica officina est sedes, In qua, Cum qua, Ex qua fiunt, oriuntur, ideantur, modulantur omnes Sapore, singulæ Figuræ in fluida naturalia deferendæ, in omnes etiam officinas vitales, & animales, ac singulas individuas; & tali causa operantur corrigunt, roborant, illuminant præsidia, ferè instantaneo ordine, dum sedem ventriculi petunt, ex qua immediatus dicitur Motus in consequentes Figuras, officinas, & Sapore, læsos. Ideatio, correctio, solutio, saporizatio, motusque omnes, tam refficientes, quam defectivi, ex tali sede deferuntur stomatica.

XVI. Antifebrile universale corrigen fermentum depravatum, ducens distincta tempora rigiditatis, rigoris, augmenti, solutionis declinantis, fiunt ex fermento deducto ex ventriculo, in quo ex gradata mora, succorum saporosum fit fermentum Febrile, licet morosum magis in officina Pancreatis, & annexis, quam stomatica; attamen primus Motus fermentatus debet initium habere à delatis succis ex tali sede: læsis, acidis, austesis, amaris inflammabilibus eterogeneis: ex quorum modulatione, & gradata, depravatione fiunt intermitentes, graves, mediocres, lethales, Febriles Motus, omnesque depravatae operationes. Antifebrile universale extricat initiantia morbosa fluida ducentia febrilem Motum in sede stomatica, ex qua fit saporizatio, & correctiva ideatio succorum laedentium deferendum in venosos, & arteriosos canales, universalemque Machinam, ex qua causa Febriles Motus dicuntur universales morbi; sic omnia symptomata diriguntur, & corriguntur, ex primaria stomatica sede, ex qua omne depravans, ac laedens defertur, tam in Motu primo initiantis rigoris febribus,

lis, torpiditatis, concussionis, quām in Motu secundo ferventiaz auctiayz, ac in tertio Motu status, sive initiantis declinationis, quam consequitur ultimus Motus declinatus; quæ est ferventia, sive Motus, in quo, & cum quo spoliari debet massa universalis fermentans mediante universali evacuatione sudoris, vel alvinæ dejectionis. Torpescit, flammescit, declinat febrilis Motus gradatione copiæ, Saporum, & Figurarum lædentium universalem Machinam fluidam.

XVII. Nec nova invasio febrilis Motus accidit, nisi ex officinis naturalibus, præcipua stomatica, aliisque annæs ex successiva delata saporosa sylvestri copia succorum delatorum ex ventriculi sede in cavitates glandularum conglomeratarum, & primam officinam Pancreaticam, aliasque annexas, & consequentes; undè ex tali copia, & gradatione saporosa oriuntur Motus Febriles singulo die, alternis diebus, quarto, quinto, sexto usque ad mensem, in quem duci potest febrilis Motus; ideoque eadem die plures possunt, & fiunt initiantes Febriles Motus, quia in cavitibus naturalibus, & præcipue in Pancreate possunt morare plures succi febriles, & quia glandula conglomerata habens plures cavitates, pluresque canales, omnesque repleri possunt fermento læsivo febrili; hinc ex copia potest unus globulus glandulosus repletus tali fermento febrili se extricare, & deferre fermentum in cordiale sedem, & paulatim possunt eadem die reliqui globuli Pancreatis successivè demandare ex eadem officina succos lædentes, & fermentantes; undè in prima invasione febrili accidit celerior Motus, in subsequentiibus mitior, & gradatim, ut erit fermentum ducibile febrile copiosum, mediocre, levissimum.

XVIII. Præsidium antifebrile, sed universalis saporizationis amaræ ex tali causa corrigit, frenat sylvestres succos febriles, dum ingreditur sua saporizatione, & Figura sedem stomaticam illam, suosque alienos succos corrigen-
do, non minus ac illos reddendo spoliatos saporizatione læ-
dente, aptosque, sapidosque contentos in sequentibus of-
ficiinis

ficinis, esurinumque succum eterogeneum ideando, non minus ac accedit, ac dum in eodem vase bullientes multi diffsoni Sapore, uti cicoreum, endivia, cucurbita, caro vitulina, avis, ovilla, vel alia caro; que eterogenea massa bulliendo sine sale, certe nauseabunda, ac vomitum excitaret; at si huic massæ eterogeneæ saporizationis copuletur debita gradata salis usualis dosis, & cum illis bulliat: ex insipida Idea dicitur in delectabilem, ac jucundam: Tali prorsus modò universale antifebrile debita dosi delatum, non solum saporizat lædentem amarum, acidum, esurinum, ac insipidos liquores, sed illos vivificat, corrigit, aptosque reddit ad nutritionem naturalem, Motumque consomum, & spoliando sua saporizatione, repetitis vicibus, quod alienum est, ita spoliando universalem massam fluidam, dicit ad emunctoria comunia, quod silvestre, alienumque erat in dicta massa fluida depravata.

XIX. Tam quotidianis, tertianis, quartanis, sextanis, mensurnis, aliisque particularibus febrilibus fermentis, quibus annotantur diversæ, variæque modulationes lædentium Saporum, quam reliquis morbis distinctis, multiplicibusque sunt dictæ fermentationes variae saporiferæ modulatae. In tertianis depravatus succus subacidus, aliquali majori aciditate peccans; quo Sapore non fit filtratio naturalis, nec cribratio gradata, undè morofitas, & fermentum vitiosum: In lympha, bile, aliisque liquoribus morosis in officinis naturalibus, & inde diminutus Motus filtrativus expellens fœculentum a salubri, ac diminutè cribrando chyliferam massam in duodena, jejuna, intestinali sede, morantur; idè succi usquè ad fermentationis Motum Febrilem solventem, & extricantem inutilia ab utili saporosa massa, & depravata Figura crassa ab ipsis fluidis, ex quibus fermentum alienum febrile oritur. Si de die in diem, de tertio in tertium, & sic de singulis sit fermentum, tam parosimale, quam rigorosum in principio, horrificum, aliudvè ex morositate, copia majori, vel minori gradata in officialis, & ex Saporum distinctione, nam austerus Sapor

Cc

ducit

ducit Motum tardissimum, ponticus tardiorem, acidus tardum, amarus quotidianum, vèl ad plus tertianum, volatilis saponarius celeriorem: ex qua gradatione saprosa copia, ac varietate, fiunt Motus Febriles, varii, multiplices.

XX. Peccat subacidus saprosus succus in acidum vergens in tertianis Motibus, & una simul ex ipso acido movetur a marus succus, qui non rectè fluens, nequè suum serbans saponarium naturalem, extricatur, & ex una massa annixa ex acido, & amaro fit crassior, & morosior massa ipsa; undè ex acido rigor, ex saponario febrilis astus. Ex lympha ipsa annexa Saporibus acidis, & amaris, fit eterogeneus succus; idèque tèpescens invasio, & in principio: sic in solutione declinationis copiosi sudores lymphatici ex ipsa morosa lympha ex acido taliter ideata, ut indè fermentationis febrilis Motus longus, & dicens tales universales sudores ex ipso universalis fluido lymphatico: Sempè tamèn quilibet febrilis Motus exigit Sapores, succosque annexos in sinu lymphæ copiosi fluidi universalis.

XXI. Sunt Motus febriles quartani ex Sapore acido austero, pontico intromisso in fluidum subacidum, & lymphaticum; ex qua eterogenea modulatione saporifera, copiosa, mediocri, levi fiunt distincti, longi, breves, diversique multiplicati fermentativi Motus quartanarii; quamvis quartanarius Sapor extricans morosos liquores suscitet Motum febrilem in amaro, cui copulatur sulphurea Idea crepitans accensibiles succos; unde non eodem typo, eodemque trimestri die, quartanario, diario, sextili in febrili fermento servare debet, nàm non tantùm ordine copie fluidi molesti, sed Idea Saporis, & ipsius Figure, in eadem dimensione, eodemque fermento quanto possunt fieri diversæ saporiferae Ideæ, uti de præsenti sit quotidianum fermentum tertianarium, quartanarium ex præciso Sapore extricante. Idem quantum panificium fermentum annexum tanto dimenso farinaceo magdaleoni tritici V: G: duarum librarum, idem pondus fermenti V: G: quinque unciarum si uniatur farina triti-

tritici, hordei, fabarum, lolii, lupinorum, ciceris, ave-
ne, aliisque variis: quamvis in eodem pondere singulis pre-
beatur fermentum; attamen diversissimo tempore extricatur
fermentationis Motus, brevis, mediocris, tardus, tardissi-
mus, uti est saporosa Idea, & Figura annexa farinaceæ massæ
extricandæ, ac fermentandæ; nam Sapores volatiles gta-
diales celeres in Motu, minus minorem, obtusi tardiorem,
longum designando tempus fermentationis, & extrica-
tionis.

XXII. Totum hoc ex Idea saporifera, nam ponticus,
austerus, acidus crassæ Figuræ tardè extricatur, & move-
tur; subtilissimus saponarius celeriter, & tali gradatione,
diversitas invasionis. Ideoque antifebrile præsidium stybia-
tum minerale, vel vegetabile peruviani corticis assumunt
omne saporiferum vitiosum in massa fluida, quia suscitat,
atque spoliat omne alienum. Saporem sylvestrem tenuem,
mediocrem, tonacem, amarum, acidum, subacidum, sul-
phureum, austetum, ponticum lymphaticum, muriaticum,
& eorum gradationem à massa fluida; quia sua saporizatione
universali aptum est spoliare omnem eterogeneum Saporem;
undè idem accidit in primo polycreste aquo fluido; fitque
idem præstans præsidium.

XXIII. Salia idèque servant Ideam antifebrilem
amarantque indolem, sicut cortices peruviani, salia cen-
tauræ minoris, absynthii, singulaque amara aloetica; nam
tali Satori datum est munus universale corrigendi acida po-
lycresta, Sapores rancidos, insipidos, & maturandi au-
feros, acerbos, ponticos; Nam salinus Sapor nimis solvens
dividens purum ab impuro, & tali Idea retinet aliqualem
indolem conservativam, & præservativam a fœtida verini-
natione, ac totali alienatione à consona Idea.

XXIV. Sunt itaque omnes alieni ab Idea naturali
universaliter capaces duci ad propriam indolem Sapores læsi,
servata tamè proportione quanti, gradatione Saporis, &
temporis terminatione, sempèr tamè removenda est causa
præcisa foyens quantum ex alienata Figura, & temporis ha-

bita dimensione , quæ præbet , signat , determinat præsidia antifebrilis exhibitione . Quantum enim fœculentum deferendum per debita emunctoria , & suo consono præsidio universali , ut depresso quanto succulento depravato , posseint Sapores alieni inde corrigi , & ideari ab antifebrile , suosque saporiferos succos ducere in Ideam corrigenrem , qua corriguntur Sapores ipsi lœsi , & depravati . Effet correctio similis facta ab universalis aquo in lutum intromisso , dum lutum non spoliatur ab aquo : posset corrigi , sed longo tempore , nimia dosi , & anticipi eventu , dum effet pugna inter inæquales hostes . Spoliato luto , terreoque quanto fœculento , celerius , jucundius , tutius correctio consequitur ; sic quoquè expulso quanto fœculento , jueundè , tutè , celeritè antifebrile prælidium corrigit , ideat naturales Sapores febrili fermento ideatos .

XXV. Insupèr tenendum est , quod spoliari debeat à quanto dimenso fœculento ipsum saporiferum depravatum , ut citius , ac facilius possit obtineri antifebrilis ideatio a salino amaro : quæ denudatio tunc obtainenda , dum Sapores non tam annexi sunt corpori quanto fœculento , ideoquè amara solventia prius propinanda , ac gradatim miscenda febrili præsidio .

XXVI. Principio invasionis utile dum eodem fermentativo febrili Motu , eademque pugna miscentur amara familia insipidis , rancidiisque Saporibus offensivis . In declinatione individua , etiam prossunt , nam occupant evacuatas officinas fermento antecedenti offensivo , ut inde liquores offensivi ideandi ex nova Idea impreffa saporosa antifebrili quotidiè vacua stomatica officina saporizetur , amaro , quod prodeesse possit ad corrigendum , & ideandum successiva continua saporizatione deferendum fermentum febrile in consequenti paroxismo .

XXVII. Stomatico fluido vehiculo unienda antifebrilia auxilia , ut promptius decurrant , facilius , celeriter , jucunditer copulentur ex similitudine saporosa stomatica ; cui associantur vehicula , ac denique plena copiosa dosi fluida ,

da, canales omnes, & proximæ officinæ ideentur antifebrili Sapore. Si in Figura solida præberi necesse est ex causa nauseabundi ægroti, tunc licitum erat super potare stomachum fluidum, ut illud, quod fieri deberet in potu, fiat in sede ventriculi ex copula antifebrilis præsidii in Figura solida, & fluitantis stomachici solventis.

XXVIII. Febrili tabido liquativo, aridura oleosa, liquatione roscidi naturalis, fermenti, cui annexuntur haemophysicæ depravationes ex purulento moroso ulcere; quibus calibus Motus febrilis maximè annexitur, ac tabificam indolem consequitur machina. In tali motu lœdente febrili non parùm videtur officere antifebrile præsidium, quia amarum, quia solvens, qua Idea in tabificis febribus ex talibus Saporibus tali indole ideatis fit succorum roscidorum liquatio, & oleosa delatio per vias ureticas, indeq; opponi videtur antifebrile præsidium.

XXIX. Priusquam talis dubii. fiat solutio, notandum est, quod in omni Sapore, tam amaro, quam subacido, acido, austero, pontico, alioque, tam in liquoribus lymphaticis, biliosis, subacidis, acidis, nerveis, arterialibus, venosis, chyliferis, quam lactiferis, ceterisque eterogeneis, semper reperitur, & associari potest varietas mutuplicata, tam perfectiva, quam defectiva. In subacido Sapore pomorum, V: G., limonum, aranciorum, granatorum, aliorumque immaturorum pomorum, eadem aciditas, ac subaciditas varia, diversa, quamvis naturalis perfectiva: sic amarus Sapor absynthii, Aloes, reubarbari, aliorumque, ac etiam innumerorum amaricantium series, semper variatem servat. Idem amarum cysticum, idem lymphaticum subacidum diversissimum in volatilibus, reptilibus, maritimis, fluviatibus, ceterisque viventibus machinis, ut gradetur quilibet succus in qualibet diversa specie, licet perfectius, tam amarus subacidus, lymphaticus, nerveus, aliisque in Machina vivente reperibilis naturalis, quam singulumque fluidum: Sic in statu defectivo morbofo observatur varietas falsi, amari, subacidi, austeri, non solum in specie, sed etiam

etiam in individuis. His anatomicè elucidatis.

XXX. Salsus Sapor solvens, frebremque tabificans ducent, ac extricans alibile roscidum oleosum naturale, est alterius indolis, ac Ideæ, ac sunt, & uti observantur amara falsa, antifebrilia: Unum amarum est offensivum, aliud amarum est correctivum, licet utrumque amaritatem sapiat: Sic acidus unum conservans, aliud offendens, & idem de omnibus Saporibus observatur.

XXXI. Hæc est causa præcisa quare multi, & ferè singuli non carentur febriles Motus ex deficiente geometrica oppositione Saporosa, & figurata, quia inter ipsos Sapores ex Idea Saporosa, & circumscripta Figura debet dari geometrum Saporosum oppositum, scilicet tale amarum corrigens tale austetum acidum, & tale acidum corrigat tale amarum, sic quale lymphaticum assumens falsum, & ita in singulis depravatis Saporibus corrigendis. Omnes enim morbi sequuntur Ideam venenorum, in curatione quarum sunt præcisa præsidia correctiva talis veneni, sic aliud est venenum viperinum, aliud bufonis, scorpionis, araneæ, tarantulae, singulariumque, quæ venena fundata in Idea Saporifera diversa, sic exigunt varia, distinctaque præsidia gradatim, uti in rabiæ canina, felina, humana, diversa auxilia petunt.

XXXII. Salsus igitur Sapor salinus solvens roscidatorem in sanguine, illamque oleosam deferens ad uretica emundatoria, alvina, cutanea in adiposo, oleoso, roscido soluto, unde liquatæ fæces, cutanei sudores adiposi, oleosum urinatum serum fiunt a solutis fluidis adhesivis nutrientibus Machinam ex solvente muriatico sale scissivo singula fluida, & ita soluta deferuntur ad talia emundatoria cum consequente arescentia, & omissione alibilis succi. Hinc antifebrilia opposita huic saline muriatico sali dissolventi non sunt illius indolis, & saline Ideæ saporiferæ, sed naturalis consonæ, reficientis naturalem statum, & amarum esurinum stomachicum Saporem; qua indole non liquantur, sed corruguatur fluida naturalia ex tali antifebrili; uti esset infusio corticis per suviaci in B. M. per plures horas in aqua ranarum fluvium,

lium, aqua capocefali cum pulvere margaritarum orientalium; quo praetidio non paucæ torridæ, sive tabidae febres curatae ex successivo continuo plures in die exhibito tanto iucundo, alibili, corrigente praesidio, & spoliante salinum fermentum, tabificum Saporosum, muriaticum: tale roscidum antifebrile praesidium adhaerendo fluidis omnibus naturilibus successiva continua ideatione, corrigit falsos solventes Saporem tabem deferentes. Tales universales febriles morbos in laesa ventriculi officina, & consequentibus sedibus, Pancreate, cystifellea, mesenterio, ductibus hepaticis, lienosis, lacteis, chylosis, & consequentibus singulis intromissis ex fermento saline solvente, curat, corrigit universale praesidium restaurans, lymphaticum, uti in expressis vinduris restaurantibus roscidis expressum.

XXXIII. Non pauci alii morbi orti ex depravatione acidi, amari, lymphatici, salivalis, quia ducuntur ad universalem sedem ureticam, ideo parunt ex tali Saporifera Idea ledehite stranguriam, dysuriam, ischuriam, urinæ suppressionem, stolicidum; unde uretici morbi ex Saporosa, varia modulante Idea depravata, Saporifera in fluido universalis lymphatico, cui annexuntur alii liquoribus; ideoque universalis auxilio tale lymphaticum, præcisè fœsivum, corrigi debet universalis etiam assumente aqueo, uti Umbriæ aquæ calida assumente austerum, ponticum, acidum amarum, salinum Saporem; sic ungula alcis, cineres ex corticibus ovoidum incubatorum, qui naturaliter incumbatione calcinantur, & sunt universale assumentis praesidium, uti etiam lapilli cancerorum fluvialium, ac omnia terracea assumentia aciditatem, aliumque Saporem pungentem cum juribus factis cum radice graminis, quale est magnum ureticum, dum in uretica organica sede fiat etiam calculosa lapillatio, & modulatio, cum suppressione partiali, vel totali uretici fluidi; hinc discussio.

XXXIV. Fiunt lapillosi calculi pauci, magni, rubri, rufi, eterogenei coloris ex mistione acidi amari, pontici, lymphatici, & austeri Saporis, uti fundamentum lapidis, cal-

calculi, arenulæ: quæ dimensiones variæ, Figure oblongæ, ovales, ac rotundæ fiant ex figuratione officinæ, in qua renum, & vesicæ sede talem deferunt Figuram, qualem habent morositatem in dictis canalibus, & officinis: non dissimili ordine, ac fit ovulatio in officinæ volatilium, reptilium, oviparorum singulorum, in quorum ovulatione excludenda ova sunt talis Figure, uti sunt officinæ variè figuratae; sic in uretica sede, ac vesica sunt cavitates varia, diversæ, & canales, ad quorum circumscriptiōnem fit varia diversa figuratio calculosa.

XXXV. Morosa fiant fluida uretica in eorum Motu, quia sunt ideata indeole, sive impressione saporosa acerba, austera, ex qua saporizatione suscipiunt Figurem crassorem, ac morosam fluiditatem in filtratione, ac ductivo expulsivo Motu stillante in vesicam ex vasis ureticis, sede renum, & emulcentibus organis, ducentibusque canalibus: Qua saporizatione austera impressa in urinario sero, gradatim morosi fiant fluentes, succi, talique Idea nequeunt duci in dictas officinas, ureticosque ductus, & paulatim incipiunt modulari corticali ovali Figure, & augeri, ac gru-mescere modulatione simili; scut cœpæ, quæ foliatim ingru-mescunt, & augmentur, ut simili ordine observantur calcu-losi lapilli, arenulæ, calculi, dum lapidescunt ex acerbo, austero Sapore, crescant, grandescunt arenulæ, calculi, lapides, non minus ac crescant cæparum folia, tufaceæ dimensiones in dentibus, paulatim, & gradatim, ut repræ-sentent tufaceam molem circumfoliantem ex lympha, & salivali succo acerbo, & ideo moroso in tali tufacea circumscriptione. Est etiā aliud augens calculosam, lapideamque molem ex sero illo excernendo, in quo fabulosa moles est, quæ tenuis inspicitur, veluti nubecula in uretico sero, in quo dum lapidescunt renes, non observatur, sed tenue illud est, quia calculosæ moli adhæret, talique sedimento ex ca-usa expressa saporosa, austera paulatim grandescunt calculi, lapilli ex adhæsione sedimentosa, austera. Eset alia causa, quia impulsio præstanda ureticis musculis non sit, nec agi potest.

poteſt tanto impulſu , quaſto indiget ex gravata officina veficæ ; quo gravamine non contrahitur , uti neceſſitat , nec expulſio conſequens ſufficiens agi poſteſt .

XXXVI. Laxantibus antidotis , & fotibus continuais , variisque , corriguntur tales ſaporofaſ , auſteræ Ideæ in lymphatico ſero , uti hircorum vivorum fotibus , ovilibus , aliorumque animalium , & præcipue in urinæ ſuppreſſione totali , ſed per plures horas , & pluribus inciſis præcipue hircis , ovibus in abdomen apertis , & naturali regioni applicatis , ut auſterum fluidum lapidescens corrigatur , ac pariter a tali Sapore ſpolietur , & unâ ſimul præbeatur Motus celerior in expulſione lapilloſa . Metallica ſtybiata non ultimum locum tenent , tam ordine correſtionis Saporiferæ , quam ſolvendi lapidescentem molem , uti balsamum ſalis , ceruſſa , veri cruores hircini ; ac nitroſi pulveres ſtybiati ; que præſidia non ſolū fluentes liquores auſteros , ſed ſolidas officinas depravatas tali ſucco corrigunt , ſed etiam Ideam , motumque extricantem celeriorema deferunt .

XXXVII. Qualemque vitiatum Saporem auſterum , ſed etiam internam organicam officinam ſcaturiginis ſedem corrigere opus eſt , uti ſtomaticam ipſam , quoniam prima initians laſio a ſaporofo fluido incipit . Flaidorum ſingulorum Ideatio initians a ſede originis chyliſera uſcipie impressionem , & ab hac etiam organica officina prima impreſſio correctiva , & Idea ſalubris initianda . Prima calcitorum Idea in ſtomaco imprimitur ex auſtero , ſylvestri Sapore deferendo in ſedes emunctorii universalis , & individui ut omnes cæteri morbi , undè ſemp̄r ſtomatica corrigentia talem auſterum ſuccum lapideum veniunt dirigenda , ut ex origine , & prima ſede ſtomatica poſſint conſequentia præſidia prodeſſe . Indigent omnes Saporeſ , ſingulaque fluida primariò ideari in officina chyliſera , ex qua omnia fluida , omnesque Saporeſ , tam in Idea perfectiva , quam defectiva morboſa ducuntur in reliquas officinas , & emunctoria universalia , & particularia , tam in ſpecificatione universalis , quam indiuiđua ideatione ; nam ex ſaporofo chylo perficiuntur ,

sur , & restaurantur primario liquores , fluidaque omnia , partesque eterogeneæ , tam spermaticæ , quām rubræ . His elucidatis secundum nostrum sistema in regione naturali , ultra progredi necesse est , & vestigia ducere , uti deferuantur Liquores naturales in aliam regionem consequentem : sit igitur .

S P H E R A VII.

*Fluidi Eterogenei Sanguinei Ideationes in Propriis
Officinis Perficienda , ac Depravanda
Ducuntur .*

EX Regione naturali chylifera stomatica ducentur fluida singula ruditer ideata in Figura , & Sapore in consequentes canales , officinas , & saporizationes perficiendas , figurandas , tām Motu cibrationis , quām perfectionis idealis , figuratæ ; saporosæ : ex quibus officinis , tām universali stomatica , quām annexis pancreatico , lymphatica , biliaria cystica , annexisque innumeris gradatis canalibus , ducuntur tāle raditer ideatum universale chyliferum fluidum eterogeneum in vitalem cordialem officinam , cui præbetur principium Motus systolici , ac diastolici referentis in universalē Machinam suam cruoriferum fluidum , quo nutriti , restaurari , augeri , & perfici in duratione vitali debent omnes organicæ partes , ipsaque vivens machina , quo fluido rectè ideato , ac modulato habetur salubris vitalis Motus , ipsoque lato consequuntur gradatas depravationes unde .



G NO-

G N O M O N I.

Universalis Eterogeneitas Sanginis Scrutinio dicitur.

I. Expressis antecedentibus fluidis in naturali regione elaboratis, & fundamentum habentibus ex prima universalis officina chylifera, ex qua Ideationes saporose, figuratæ obtinentur, licet initio rudes, & successivè perficiendæ in propriis sedibus, tam ex cibratione filtrativa successivè continua peracta, ducendo ad propria emunctoria distincta, fæculenta, quam serosa, crassa alvina; indeque chylosum universale fluidum perficiendo in successivis officinis, ex lacteo sacculo, ductibus thoracicis, ac canaliculis, annectitur ascendiendi venosæ cavitati, & subintrando cordialem dexterum ventriculum, ex quò per venosum, & arteriosum ductum iatromissio habetur in finistrum, ex quo in magnum Aortum canalem dicitur in universam Machinam, ramificatione multiplici, usque ad capillares arteriolas, in quamlibet solidam organicam partem; ex quo Motu diastolico expansivo obtinetur consensus unus ex con spiratione univoca. Fit inde, ut chylosa massa ex copula croris, & sede vitali suscipiat archeales Ideas arteriales cordiales ex tanto præstantissimo organo primo movente; & volatiles archeales spiritus elaborando; quo perfectivo ideante cordiali Motu continuo successivo gradatur stomatica chylosa massa in volatile crorizatum fluidum.

II. Hinc dum sanguis ipse ideatur, ex primaria sede ruditer in saporizatione, indeque perficitur in cordiali Officina, suscepit novas Ideas ex præstantissima universalis sede; attamen, illud maximè attendendum, tam in modulatione perfectiva, quam defective, est, quod tale fluidum chylierum crorizandum non deperdat Ideas chyliferas, ex quibus ideatum fuit in illa sede fermentativo universalis stomatico Motu ex omniaibus Saporibus, & Figuris; ideoque secundus

dus Motus fermentativus maximus obtentus post alias particulares officinas perficientes naturales, retineat omne perfectivum, vel defectivum chylosum, tām ideatum in Saporibus, & Figuris in sede chylosa, quām particularibus subsequentibus officinis.

III. Ideoque, tām in restauranda Machina vivente, quām in illius depravatione, levi, mediocri, gravi, gradata, obtinetur utrumque ex apposito potabili, vel cibali salubri, morboſo, venenato, gradatione habita ex ipsa prima Stomatica officina; ex qua celerissima præsidia juventia, corrigentia, restaurantia cujuscunque modulationis obtinentur, ac celeriter deferuntur in sedem vitalem cruoriferam: hac causa, & tali ordine operantur volatilia spirituosa, depravantia, & instantanea venenosa ex delatione continua successiva a tali sede in subsequentes, & cordiale magnam officinam.

IV. Retinet cruoriferum fluidum multas Ideas eterogeneas saporiferas, figuratas ex antecedentibus perficientibus officinis, & ideantibus. Tantæ sunt variæ, distinctæ, diversæ, quantæ, & quot sunt modulationes fluidorum restaurandorum, & partium solidarum nutriendarum, ut quælibet suscipiat ab ipso eterogeno cruro, quod sibi simile, æquale, consonum, adhæſivum erit; tali geometrica modulatione, tantisque variis Saporibus, & Figuris in Motu, & duratione continua conservatur vitalis Motus in machina vivente in statu perfectivo salubri.

V. In defectivo morboſo Motu febrili eadem gradatio habetur, sive continua, sive per circuitum, ac homotono Motu. In omni febrili Motu opus est intromitti ex chylosa sede, & successivis officinis particularibus illud fluidum, ex quo depravatio saporosa defluat, ex qua morositas in officinalis, & fermentum febrile, tali ordine, Motu, tempore, duratione, levi, gravi, longa, mediocri, uti erit accessus, & intromissio fermentativa quotidiana, de die in diem tertium, quartum, aliumque. Fermentabile fluidum deflectivum, uti est ejus copia, talis duratio, longa, brevis: uti

uti erit Saporatio , & Figura , sic consequens specificatur febrilis Motus , benignus , mediocris , gravis , lethalis . Qualecunque symptoma in quocunque fluido , & qualibet organica parte , & sede , dependet ex copia , Sapore offensivo , gradato in sua saporifera Idea , gravi , levi , mediocri , restauranda , vel lethali .

VI. Hinc methodica correlio prima petenda est in quocunque fluido corrigendo , & Motu febrili ex illo , quod apponitur in sede prima stomatica , tam in ordine fluidi , quam solidi apponendi : sempè tamè habenda Idea , tam ex quanto , quam ex saporoso deferendo nutritivo : Sedes enim stomatica nunquam gravanda , sed ita ducenda , ut apta semper sit annonam chyliferam subsequenti Ideationi sanguineæ salubriter deferre . Sunt idè tenuia subtilia roscida sapientia stomaticam Ideam sempè præbenda ; nunquam crassa , dura , ponderosa ; nam tali modulatione , & gradatione potest corrigi non solum febrile fermentum , sed consequens cruxratio ; nam ex tenui cibo fit celerrima chylicatio , præstans sanguificatio , & consequens successiva nutritio , tam fluidorum , quam solidarum partium . Obtinetur quoque ex subtili , tenuique cibo repetito plures in die restauratio , nec virium lapsus ex febrili fermento acuitur , sed conservatio , & successiva restauratio celeri Motu , & conservativa , continua delatione alibilis restaurantis . Fermentum enim febrile maximè conservatur ex chylo ponderoso , tenacique Figura ; quibus remotis deficit fundatum aliqua ex parte febrile . Cibi tenues , sive liquores carnei non eterogenei , sed simplicis Ideæ sint , quibus roscidum alibile suave , nutriendo celerè , adhæsivum , restaurans continuum successivum , & utile obtinetur : efficacius celeritè , tam fluidum , quam solidum restaurantur , & corrigitur .

VII. Primam eterogeneitatem continuam , quotidiam suscepit sanguis ex expresso chylo , cui quotidie anneditur ex continua delatione , uti ciborum copia , potabilium series , & consequentia erunt . Talis eterogeneitas nullimodè

MICROLOGIA METHODICA

limode terminari potest , quantis Saporibus , & circumscriptis Figuris variis affecta ; nàm in chylo non solum sunt Sapores , & Figuræ susceptæ ab officina stomatica , & esurino succo , sed sempèr sunt Sapores figurati a delatis potibus , & cibis , multipli figurata saporizatione affecti ; quoniam omnis cibus , singulique potus , etiam in fermento , & post Motum fermentativum chyliferum retinent Ideales Sapores , ac Figuras tantas , varias , & diversas , quantæ erant in massa cibali , & potabili ; ideoquæ in chylo sunt Ideæ cibales , & potulentæ , quotidianæ , variaz , & distinctæ , uti in cibis reperiebantur : sic qualis cibus , & potus , talis chylus , & qualis chylus , talis ideatur sanguis , modulatione idealis perfectiva , vel defectiva .

VIII. Alia æterogeneitas ducitur in cruoriferam massam ex officinis naturalibus saporizantibus , uti est Pancreas , Mesenterium , Cysterna lacrea , ex quibus , & in quibus chylus saporizatur tali Idea saporifera , qualis in illis officinis reperitur , singulisque antecedentibus , & tales ideationes deferuntur in sanguineum eterogeneum liquorem .

IX. Talis firma naturalis eterogenea Saporizatio extricat Motum continuum successuum vitalem in sede cordiali cujuscunque viventis Machinæ , nàm si deesset talis eterogeneitas Saporosa , etiàm deesset extricatio fermentativi Motus in cruce perficiendo ; sicuti eadem causa in capax redideretur chylificationis fermentativus Motus in stomatica sede , singulisque officinis , quoniam ex seminali Idea primogenita tales Motus fermentativi deferuntur in omne fermentabile fluidum , vel semifluidum , ac verminosum solidum , & hoc tam ordine , & statu salubritatis perfectivæ , quam depravatae Separationis .

X. Utraque Saporosa eterogeneitas est in sanguine , universali fluido , & depravari potest ex his omnibus præcedentibus Ideis , ac fermentativis extricantibus Motibus . Naturalis salubritas in fluidis , & solidis ita conservatur , restauratur , ac durationem retinet vitalem ex chylosa Saporizante sede eterogenea , consequentibus , vitali , & ultimo animali .

mali. Sanguini universalis alibili fluido annecti debent omnes, singulæque eterogeneæ Ideationes in statu naturali consonæ, squales, similes, ut ex ipsis eterogena fluida, solidaque corpora Motum vitalem, & nutritionis Motum adhesivum suscipere possint continuum, successivum, & durationis.

XI. Eterogeneitas chylotæ non solum consequitur causas occasioales ideantes ipsum chylum, tam cibarias, quam potabiles, at etiam eodem tempore nniversalissimum potens elasticum, quo non solum ideantur omnes liquores, sed immediate ex inspiratione continua sanguis ipse in cordis sede, tam in perfectivo Motu, quam defectivo; non minus ac sunt seminales Ideæ ex partibus solidis, & fluidis, continuo, successivè ideantes sanguinem ipsum, quo successivo nunquam intermissio elasticò Motu sunt hæreditarii morbi à Parentibus in Filios, & ab nniversalissimo elasticò inspirato deducuntur perfectivi mores, ac defectivæ depravationes in Machinas viventes, quia utrumque, tam seminale fluidum, quam inspiratum elasticum, ideant nniversaliter perficiendo, & deficiendo Machinas ipsas. Si enim individua fluida ideantur a suo impellente, tam in lymphatico, quam subacido, amaro, nerveo, singulaque majori, ac efficaciiori impressione, modulatur sanguis in sua eterogeneitate chylosa, cibaria, seminali, chylifera; hinc est omnes morbos universales, & particulares fieri ex seminalibus succis, saporofis, elasticis, chylosis; ac expressis, quoniam saporum genus extricans, movens, ideans Machinas viventes, consequitur indolem, tam internam, quam externam occasionem ex his anatomicè expressis.

XII. In hæreditariis seminalibus Morbis epilepticis, apoplecticis, podagrificis, tabificis, singulisque, fermentum extricans Motum convulsivum, motorum, articularem, febrilem, aliumque semper ideari debet ex eterogenea sanguinea massa sapiente, & ideata talibus diversis defectivis saporibus continua successiva impressione.

XIII. Omnes fluentes succi, omnesque Sapores, Figuræ, fermentationes, universales, & individuæ, semper

per firmiter fiunt a polycreste universali elasticō , & nutritivo alibili , quorum ideationes eterogeneæ efficacitè tribuitur sanguini ipso , uti universalissimo alibili pabulo , continente omnes Sapore , omnesque Figuras , ac singulas Ideationes perfectivas , ac defectivas ex singulis officinis , occasionalibus causis , ac perenni continuo chylifero succo ideante universam massam fluidam cum suis annexis natura. libus , & consequentibus Saporibus ex qualibet fluido ducendis . Tantam universalissimam eterogeneitatem servat sanguis ipse .

XIV. Hinc omnis morbosis Motus parosimales febribus intromissus in massam eterogeneam sanguineam universalem , dicit originem ab indole cibaria , & potabili , nocente , insalubri , ac secundam à stomatica sede , suisque Saporibus , succisque struentibus esurinum fermentum , aliquaque à consequentibus inferioribus officinis , facco loqueto ; & etiam in thoracis regione ex pulmonali universali inspirationis sede , ex elasticō varie modulato , ac intromisso in arteriosum genus , quo elasticō Motus singuli , & ideationes in singulis fluidis habentur . Qua multiplici occasionali , eterogenea , causa varia , diversa , distincta , fiunt , & fieri possunt morbi , motusque febries ex quacunque , & singula causa expressa : Sic tabidæ ex pectori , parosimales ex Pancreate , & annexis officinis ; quotidianæ , chylosæ ex stomatica sede , & ex tali eterogeneitate , & multiplicibus Saporibus ex variis officinis decurrentibus ; multiplicemque variationem suscipere valet , & potest sanguis ipse ex delatione fermentativa succorum . Quibus elucidatis in eterogeneitate sanguinis :



G NO.

*Motus Defectivi ex Eterogenea Idea Sanguinis
Delati Elucidantur.*

I. **H**æreditarii morbi ex seminali Idea, non solum difficultem correctionem suscipiunt ex Ideatione saporifera figurata à seminalibus prolificis fluidis, ex quibus delata fuit impressio omnibus saporosis delatis fluidis, sed etiam solidis singulis, quibus constat Machina genita, ipsique nutrita, aucta, & in debitam dimensionem delata; unde fundamentale opus genitum Ideam morbosam impressam, totalemque retinet, tam in fluida mole; quam in consequente solida specificata ex ipsis depravatis seminalibus fluidis, foecundantibus, ideantibus, specificantibus, nutrientibus, & in ultimam dimensionem perfectam Machinam viventem embryonis ducentibus; & ex alia causa, quia continuo circuitu chyliferi liquores ideantur tali seminali vitio à partibus omnibus organicis, solidis tali depravatione seminali impressis, undè consequens nutrimentum, omneque deferendum in ipsam viventem Machinam, gradatim ideatur simili depravatione seminali: tali eterogeneitate impressa morbosa universalis fluido sanguineo fiunt morbi hæreditarii qualescumque, suscipientes typum, indolem, ac symptomata omnia ex seminali Idea deducta. Podagra, epilepsia, hypocondriaca affectio, tabes, & singuli individui morbi hæreditarii, tali ordine, & gradatione deferuntur in genitos filios.

II. Universale eligibile præsidium esse debet in omni hæreditario seminali morbo, ut sua polycresta indole corrige-re possit quod ex seminali impressione delatum venit in fluidam, solidamque Molem. Quale primum aliud non est, nisi dieteticum auxilium, quo non minus vivens Machina continuè successivè loedi valet, quam corrigi, ac restaurari posset: In hoc prædio reperiuntur singulæ naturales ideationes ex prima officina deferenda in universalem Machi-

Ec

nam

nam fluidam ; suaque polycresta chylificatione saporifera obtinetur ideationis universale opus , tām nutritivum alibile polycrestum , quām correctio consequentium perficiendorum succorum in omnibus officinis , & ultimato succo sanguineo eterogeneo ; uti pariter in defectivo Motu ex eodem depravato dietetico ordine producuntur siaguli sere morbi . Quod fieri potest à qualicunque præstanti præsidio , remota dietetica Idea nullimodè obtineri potest . Ipsa dietetica mouet , corrigit universaliter omnes saporiferos succos initiantes , chyliferos , ac singulos omnes consequentes , & sistentes in Machina . Sic podagra tenuissimo victu , ac potu ex ligno junipero , visco quercino , salsa parilla ; quo potu assumentur , ac corrigitur Sapores austeri acidū in lymphatico fluido : Quo tenui victu non augetur , sed corrigitur crassa Figura , ut delata cibratione solvente duram Figuram , & corridente acidum austерum Saporem , possit duci lymphaticum podagricum serum , sic correctum , in Sapore , & Figura ad emundatoria cutanea universalia , & uretica ; non neglegto hydragogo , gradatim , exhibito tempore debito , sed parca dosi , & gummatibus ammoniacis unito , ac per epycrasim delato . Abstinendo ab omnibus potibus aciditatem decentibus eterogeneam , uti vinosis liquoribus , & similibus . Similiter in reliquis hæreditariis morbis in quacunque specificatione , sive gallica , scorbutica , epyleptica , hypocondriaca , sunt præbenda successivè continuo antigallica stybiata , tām in potu , quām cerussis , & antiepileptica sucinata , viperina antiacida , & nervinæ potiones ; uti in reliquis distinctis , specificatis morbis hypocondriacis universalia auxilia ducenda ex primo diluente aquo assumente , & corridente omnes alienos Sapores , sed sempèr cum perfectissima dietetica ; uti in tabidis febribus hæreditariis , balneis externis , internisque destillatis in B. M. lacteis , ac ranarum liquoribus , & fluvialibus juribus cum universalis præsidio dietetico corridente primam stomaticam officinam pariter quoque id confirmari videtur anatomica causa .

III. Sicut in statu salubri fit potens, & efficax in-
tromis-

tromissio morbosa in machinam viventem qualemcumque ex
læsa successiva continua dietetica, & longi, graves, in-
curabiles ducuntur morbi in Machinam salubrem vivo-
tem, tām primo ordine fluiditatis, quām sequentis solidita-
tis; itā pariter in correſtione hæreditarii morbi ducitur;
nām in omni fermentativo novo systolico, ac diastolico
impulsivo Motu, necessitat impellens eterogeneum flu-
idum fermentabile, delatum ex antecedentibns naturalibus
officinis; & sicuti ab his ideantur fluida ex prima sede fer-
mentativa, ita similitèr fit saporizatio succorum eteroge-
nea, & ex tali saporizatione liquorum Motus systolicus & di-
astolicus universalis, levis, mediocris, celer febrilis, itā quo-
què ex eadem Machina prima potest obtineri dietetica
correctio omnium hæreditariorum morborum.

IV. Experientia docet, & confirmat rationalitèr hoc
totum, ut multi ex molesta seminali Idea geniti, valeant
se corrigerē salubri vieti, & dietetica gradata cibaria massa,
continuò, successivo ordine, ut sit primum praesidium sa-
porizans omnes saporizandos liquores, & ex illa ducatur ete-
rogenea cruorifera massa ducens aliqualem æqualitatem cor-
reclivam successiva Ideatione in omnes partes; itā observa-
tur in tabidis febribus, & seminalibus morbis id obtineri,
licet nō totalitèr, sicuti plenè obtinetur in Febrilibus
Motibus, & individuis morbis, removeti, corrigi mor-
bos ipsos, tām spermaticæ Ideas, quām rubræ stru-
ctionis ex repetita aliquoties antifebrili dosi saporizante,
& ideante naturales succos depravatos: quanto magis id ob-
tineri valet ex continua successiva universalis corridente die-
tetica omnes initiantes Sapore chyliferos, ex quibus con-
sequentes sunt alibiles adhæsivi seminales liquores ex suscepta
universalis Ideatione prima.

V. Si eterogeneitas in sanguine fit ex multiplici anne-
xione saporosa naturali, & ex ea tām seminalis, quām ali-
bilis polycresta fiat, tām salubris, quām insalubris, tām
rubra, quām spermatica; quarè poterit fieri ex illa univer-
salitas morborum ex tali polycresta saporizatione, & non

obtineri aliqualis tolerabilis hæreditaria correctio?

VI. Hoc tamèn præcipuè observandum venit, ut dietetica gradatio in usum ducatur distincta, uti est varia seminalis hæreditaria, specifica depravatio, nàm ex tali distincta depravatione desumi opus est *præsidiale auxilium*, specificum, distinctum dietetico usui annexum; nàm multoties non observatur geometrica gradatio varia specifica, ex qua neglegta non obtinetur, quod obtinendum est salubre.

VII. Tali delatione eterogenea in massa sanguinea, habita ex omnibus officinis saporizantibus, non solum obtinentur perfectivæ ideationes alibiles in universa Machina vivente, at quoquè seminales initiantes spermaticæ, ex quibus universaliter, licet, & spermaticis fit omnis generatio ovipara; idèque si ex eterogeneitate sanguinea polycresta habita ex primis officinis nutrientibus potest obtineri, imò de facto quotidie in omni specie fiunt, & habentur de novo, & successivo Motu fluida seminalia, fœcunda, ovulantia, & generationem ducentia, quantò magis, & efficaciori Motu potest obtineri ex dieteticis, & specificis corrigentibus chylosis succis, correctio, & aliqualis expulsio hæreditariorum morborum ex sanguine eterogeneæ Ideæ delato eadem modulatione, & Motu à Parentibus in Filios? Si ergo valet eterogena succedanea talis in cruce universali ducere novam continuam generationem variam, specificam, diversam, quantò magis, & efficacius erit Motus succedaneus, continuus, idealis potens corrigere dietetico, & præsidiali ordine, ac Motu hæreditarias depravationes.

VIII. Sicuti habentur omnes Motus febriles in defetivo statu cujuscunque viventis Machinæ, sic longi, breves, mediocres in duratione, & depravante Motu ex delatione succorum, copia, Figura, & Sapore peccantium, uti quotidianæ, tertianæ, quartanæ, & consequentes Motus febriles in longiori mora intermissionis, & symptomatum ex eo, quod defertur ab officinis naturalibus, & intermittitur in massam eterogeneam sanguineam, ducendo Motum

G N O M O N II. 219

tum febilem, speciem variam, symptomata diversa, salutarem, vel lethalem finem, ut omnis, singulaque specificatio ab ipsis succis naturalibus depravatis, intromissis id totum obtinetur depravans: majori Motu, & efficaciori causa id obtinetur in Motu naturali, perfectivo, corrective, simili, æquali, salubri, adhæsivo, & restaurante Machinam viventem dupravatam ex seminali Idea.

G N O M O N III.

*Saporosæ, Graves, Eterogeneæ Ideationes
Malignæ, Quomodo in Cruore San-
guineo Fiant.*

I. **E**Terogeneitas Saporosa in arterioso, ac venoso genere tanta est multiplex, varia, diversa, ut ex delatis naturalibus succis distinctæ, variz saporizationis ex primis sedibus, & continuo gyremate in omnes regiones non solum ex naturali, vitali, & animali; sed ex singularis partibus continuo Motu, & delatione circulari suscipiat Ideas saporiferas ex omni officina, & viscere, unâ cum annexione eorum specificorum fluidorum, tam naturalium, vitalium, quam animalium, ut sanguis ipse venosus arteriosus sapiat Ideam esurinam, salivalem, lymphaticam, saponariam, balsamicam, subacidam, hepaticam, cruentiferam, elasticam universalem, archealem vitalem, nervinam spiralem, omnemque individuam saporizationem ex omni parte organica, & seminali sede, ut sit liquor omnigenus in retentione Figurarum, & Saporum contentorum in qualibet vivente Machina perfecta: Quia gaudet tanta polycresta eterogenea Saporosa impressione, idèò capax est quamlibet partem organicam nutrire, rubram, & spermaticam, & qualemunque saporosum fluidum reficere, augere, ideare in statu salubri, ac perfectivo, universalissimo,

Simo, totalemque eterogeneam Machinam.

II. His anatomicè expressis in Motu salubri id idem in depravatione Saporosa universali eterogenea accidit, tam in fluidis spermaticis, & seminalibus, quam in rubris, & musculosis. Ex uno, singuloque Sapore, ac fluido offenditur Machina fluida ipsa tali Motu, & gradatione, uti copia, saporitas, & Figuratio depravans gradatur, intromittitur, adhæret, ac durationem habet, unà simùl, & specificationem idealem ex propria regione naturali, vitali, animali.

III. Quilibet succus, & Saporosus liquor in massam crux-riferam intromissus, gaudet duplici Ideâ delata, una ex chylifera sede eterogenea, esurina, & altera ex occasionali cibali, & potabili: quibus Ideis impressis in quolibet naturali fluido saporoso, afficitur, & annexitur sanguineæ massæ, in quam delatio fit singulorum Liquorum, & annexorum Saporum, ac Figurarum in ipsis naturalibus fluidis impressorum: qua delatione multiplicium, omniumque naturalium Liquorum, oritur ex ipsis eterogeneitas perfectiva naturalis, vel defectiva morbosa; sed tali, tantaque annexione, & copula, ut in ipso sanguine arterioso, & venoso reperiatur genericâ saporizatio distincta in tantos specificos Sapores, & Figuras, quantæ sunt species variaz distinctæ singulorum fluidorum sanguinem ingredientium. Est esurina Idea, lymphatica, saponaria, balsamica, sulphurea, oleosa, sub-acida, famelica, suavis, & eterogenea omnis chylifera, subintrat archeale volatile, foyens stomaticum, spirale, nervinum, & cæteros non adhuc patentes Sapores in Machina ipsa: Ex quorum modulatione Abecedaria sit, & componitur universale volumen, sive corpus vivens, Machina vitalis specifica in toto, & singulis partibus modulatis ex abecedario ipso variorum Saporum, & Figurarum in polycresta massa sanguinea contentorum.

IV. Sic in statu salubri ex tali consona modulatione saporifera conservatur, nutritur, restauratur Machina, tali, tantaque modulatione abecedaria Saporum. Dum enim ex

ex occasionali causa universalissima elastica lœditur talis abecedaria saporizatio in sanguine , tunc fiunt morbi gravissimi , & præcipue lœthales ex causa anatomica , quia pravum elasticum inspiratum primo intuitu , ac Motu lœdit , & depravat suum simile archeale , scilicet arteriosum cordiale in spiritum , illum , vel dissolvendo , vel fortiter coagulando ; unde syncopes , animi deliquium , instantanea mors , quod totum accidit ex inspirato venenosu aere intromissio in primum fluidum archeale , primamque officinam cordialem , ex quibus Motus systolicus , & diastolicus polycrestus in tota Machina , & causa singulorum Motuum particularium in omni regione , sede , & fluido : qua remotione universalis primi initiantis Motus depravantur , deperduntur singuli Motus in omni Machina vivente .

V. Gradatione elastica , & inspiratione depravante , levi , mediocri , gravi totali , sic consequentes vitales depravationes deferuntur , tam in fluidum primum arteriosum , ejusque officinam , quam in consequentes Motus , & massam sanguineam deferentem .

VI. Elastici Aerei efficacia , & polycrestalis , ideo semper ducit universales morbos , tam febres , quam consequentes ex fluidis lœsis ; & sicuti elasticum ipsum perfectum inspiratum est universale corrigens , præsidium in omnibus Saporosis succis Motibus universalibus , & individuis , spoliando continuo , successivè semper quod depravate lœdens reperitur in fluidis ; ita pariter geometrica totali oppositione , lœdit , depravat , removet vitalem universalem Motum , ac singulos individuos a Machina vivente ipsa , quia nullus Motus sine elastico , omnisque , & singula extirratio in Motu quolibet semper , necessitate naturali intrinseca , ex elastico fit .

VII. Ex elastico venenosu subitanea mors , coagulando , vel dissolvendo totaliter primum archeale movens . Ex elastico acido austero , rigido , boreali fiunt morositates in gyremate fluidorum omnium ; unde inflammations in omni regione , & præcipue in prima thoracica inspirante , pleu-

pleuritides, pneumonia, hæmoptyses, ac glandulosæ anginæ, erysipelata, & in quacunque interna organica parte, ductu, ac canali moto ex tali boreali elastico, potest fieri, ut de facto accidit, inflammatoria pugnatio, tali varietate, & distinctione, quale erit fluidumnoxium petens, atriens tale officiens organum.

VIII. Suphureum, bituminosum, vel ex alia Idea occasionali, locali, vel intromissa, si erit elasticum ex tali saporosa indole, non solùm sua inspiratione omnia fluida, sulphurea reddit, Motumque celestrem, febrilemque parit in universalisanguinea massa, sed sua continua intromissione ex inspirationis Motu ex salinis, sulphureis depravatis, etiam successivo gyremate illorum, ac irroratione nutritiva, partes solidæ gradatim loeduuntur, & ordine nutritionis non nutriuntur, sed paulatim arescunt, tabescunt ex deficiente roscido alibili, sulphurea indole ideato, unde tabidae febres, & Machinæ viventis aresentia, tabes, obitus.

IX. Cui universalis sulphureo succo aecessisse est etiam polycrestum ducere præsidium, tam externum, balneatione aquæ dulcis continua, diluente, & assumente talem sulphureum Saporem, salinamque Ideam, quam internum lactiferum humanum, asinum, & caprinum roscidum fluidum recentè expressum, in quo sunt contentæ omnes eterogeneæ partes, tam fluidæ, quam solidæ, quibus corrigitur universalis Machina, iisque nutriti, & restaurari valet.

X. In lacteo fluido, ut antecedentibus expressis, occasione habita, elucidatum est, sunt omnes succi contenti, tam lymphatici, quam subacidi, saponarii, archeales, nervi, quia lactiferum fluidum immediatè conficitur ex chylosa massa, cuius Sapores omnes naturales, & Ideas eterogeneas nutritivas suscipit; & sicuti ex eterogeno chylo Saporoso nutritur universa Machina, & restauratur in eterogeneitate fluidorum, & solidarum partium, sic quoquæ lactiferum fluidum cribratum, producum, elucidatum, ex chylosa massa, retinendo easdem, sed puriores Ideas, alibiles, nutritivas, eterogeneas: est ideo efficacissimum præsidium, dum

dum caute, & methodicè præbetur, de novo Machinam vi-
ventem sulfurea Idea tabescentem, veluti nascentem em-
bryonem valens nutrire, reficere, augere, ac gradatim de-
pravatum sulphureum Saporem corrigere, universaliter iz-
identem ex elastica lata inspiratione Machinam ipsam.

XI. Præcisa causa, quia corrigeret tam aptum sit la-
ctifera fluidum succos salinos arescentes, ac destruentes,
roscidum alibile in fluida massa universali, & solida mole
est, quia in ipso lacteo liquore major pars sit lymphatica,
irrorans, dilaens, corrigenſ omne fixum salinum aridum,
ex quo successiva tabescentia Machina: ex ipsa copiosa suc-
cessiva continua præcedenti, & prima intromissa serosa par-
te, sit in fluida massa irroratio, solutio, correctio salini a-
ridi succi, ex quo continuo successivè inde nutritur soli-
dae partes salina ariditate depravata: qua irroratione, dilu-
tione, & polycresta correctione redditur gradatim tota Ma-
china apta iterum, & embryonaliter de novo nutrita, restau-
rari, ac deperditum adipisci. Tali causa præbentur multoties
aqueæ potionis, jura ranina, fluvialia, ac capocefali, ut
ex his fiat copiosa dilutio, irroratio, ac correctio aridi sali-
ni ex illis casibus, in quibus lactifera methodus præberi ne-
quit, obstructionis causa, imbecillitate stomatica, aliaque
officiente causa, sive totale, vel individua.

XII. Ramosum inspiratum elasticum omnes liquores,
fluentemque sanguineam massam morosam, vappidamque
redit ex Motu elastico diminuto in archeali, arterioso,
volatile, cordiali succo; ideoque morbus eterogenèus, ac
universalis in polycrestam Machinam primò fluidam nutri-
entem, indeque consequentem solidam nutriendam defertur,
& methodica ratio utitur præsidiis spoliantibus, ac acuenti-
bus universalem Machinam; uti potionis ex aloetico ligno,
cervinæ, eboris, ac omnibus stybiatis, acuentibusque sto-
maticum fermentum universale correctivum, ex quo poly-
crestæ Machina fluida, & solida ideatur, nutritur, corrigi-
tur. Potiones ex cacao primum locum obtinent, quia ole-
osum naturale.

XIII. Fit pravus, malignus dictus febrilis Motus in eterogenea massa sanguinea ex omnibus, & singulis proctarticis depravantibus causis, quibus in statu salubri perfeclivo dicitur Machina, iisdem singulatim laeditur, ac gradatim prava, lethaliique alienatione, vel corrigibili medio-cri praesidio dicitur.

XIV. Prima gravissima pravitas febrilis Motus ex elastico universalis expresso defertur ex laeso; ac depravato primo initianter universali Motu, singulisque individuis consequentibus in Machina: dum vero ex aliis occasionalibus particularibus causis ipsa dicitur pravitas fermentativa, typum non servans, neque correctione capax est, dum prima saporosa archealis Idea officitur, vel pressione morosa, in qua tepiditas universalis in Machina, Motus diastolicus valde diminutus, animi deliquium apparent, & tota Machina semivitalis observatur; quia primum Saporosum archeale deficit in Motu, & Figura ex succo nimis austero coagulante, & ex ummissione gravi Saporis saponarii balsamici oleosi, ac ipsius lymphæ delata in vappidum Saporem, undæ nervinæ succus deprimitur, spiralemque Figuram oxipitit, ac volatilem roscidissimum Saporem omnittens, inducit in Machina morositatem, sive Saporem, ac irregulari Motu varias confusiones; & in regione naturali omnes operations foventes, illuminantes, perficientesque Ideæ valde, graviterque laeduntur ex molestis graviter, & laesis primis Saporosis succis in ipsa arteriosa ac universalis sanguinea massa.

XV. Ex tanta gradatione Saporifera depravata Motus febrilis fit irregularis, quia omnes fere officines perficientes morositate Saporosa laeduntur, ex quibus singulis intromittitur fermentum vitiosum, & illud symptomata individuum, uti fluidum est in sua Idea: sic a lymphatico graviter laeso coma vigil, vel somnolentum, tepescientia universalis in cute: si fermentum intromissum erit ex oleoso saponario delectivo, tunc Motus extricationis debilis, flaccidus, ac valde:

dè diminutus : si ex subacido primam, maximamque austritatem sapiente, tunc deficientia, intermissio, irregularitas in Motu systolico, & diastolico ; si ex nerveo intermittatur fermentum, tunc omnes partes ab ipso illuminandæ, vario convulsivo Motu officiantur. Quæ varia multiplex, diversa gravium symptomatum series irregulat Motu, & talis apparet in morbo vivente Machina, ut erit in tronissimo fluidi lœsi a tali, vel alia officina, & possunt successivè, & continuò intromitti in massam ipsam sanguineam, & ita successivè, & continuò lœdere unâ simul in Machinâ morbo vivente Motus, & operationes naturales, vitales, & animales; quibus symptomatibus sic apparentibus, & extricatis a Saporosis ipsis, fit lœthalis finis; quia primæ principales officinae, & initiantes ipsis Saporosis succi depravant universalem vitali Motum, ipsumque destruunt, & consequentes individuos Motus.

XVI. Gravis pravitas in massa sanguinea, sed non totalis, defertur ex lœso uno, vel duplo fluido, sed non vitali, arterioso, archeali graviter, ex quo conservatur universalis Motus: tunc saporizatio succosa corrigi potest, in qua austritate, vel vappiditate, balsamica saponaria Idea, spirali nervea indole ex fluido archeali non tam graviter lœso. Uno verbo pravitas in Motibus Febrilibus malignis nuncupatis fit gravissima, gravis, corrigibilis ex intromissione universalis, vel gradata particulari procatarticæ causæ, ex qua singulatim depravantur Saporosæ Ideæ, cum hac distinctione, ut quæ ex elasticō polycresto fiant, primam originem ex sede vitali deferant, quæ vero ex aliis procatarticis causis oriantur, illæ agnoscant primam sedem chyliferam stomaticam, & consequentes officinas : Excipitur a tali sede Animi Pathema. In animi pathematibus prima depravatio fit in sede animali ex depresso luciditate nerva, ex nimio intromisso mærore, vel ex subtilissima volatili sulphurea indole ex habita occasionali causa : Consequitur depravatio in sede vitali, ex qua deliquia, virium lapsus, præcordiorum dolor, fascinatio oriuntur. Animi pa-

rhemata habeat propriam sedem in regione animali, con-
quente vitali, ultimaque naturali. Oppositum ideale itinera-
rium defertur ex aliis procatarticis caufis.

XVII. Quale praesidium in usum ducendum, ut ca-
pax sit tantam saporiferam eterogeneitatem corrigeret, tan-
taque diversa symptomata expellere. Unum efficacissimum
erit, scilicet flammam vitalem archealem, quantum possibi-
le est, in suo Motu, ac archeali Figura, & roscidissimo
Sapore conservare, quod fieri nequit, dum officitur talibus
pravis Saporibus, unde duplicato annexo auxilio utendum,
scilicet restaurante, & corrigente universali: Hinc potio-
nes ex ligno vero Aloes, tincturis cordialibus, alchermes,
et aliquisque electis cordialibus confectionibus: Quibus restau-
rantibus uniri debet universale correctivum spolians sangu-
inem massam a tantis variis depravantibus Saporibus: Quod
obtineri valet ex recte praeparato diaphoretico stybio, cor-
diali antidoto, unito cum pulvere primo assumente ex ve-
nis margaritis, & pulvere ligni Aloes, sed post horas, plus
nisi in die, & repetita medicari dosi sapè sapienter, nulla ha-
bita mora, ex principio, augumento, statu, vel declina-
tione Febrilis Motus; quamvis in tali pravo Motu Febrilit
nulla, vel levis habetur invasio certa, sapè sapienter servan-
do homotonum Motum, vel irregularum invasionem. Hoc
praesidio gradatim exhibito restauratur vitalis succus, & una
insimil expellitur, & corrigitur successiva iactromissiones
praesidii universalis stibiate massa sanguinea a prava etero-
genea ideatione saporosa.

XVIII. Stybiata praesidia, quia sapiunt metallicam
duramque structionem, imitando calybeatam omnia, quæ in-
eorum praeparatione spoliantur innumeris saporibus, & Fi-
guris diversis, idedque redundunt capacia assumendi, ac cor-
rigendi qualcumque eterogeneam depravatam saporosam
fluidam massam; & hac causa in correctione habita ex stybia-
tis diversa emunctoria aperiuntur, ducendo illud fluidum
proprium, ureticum, & cutaneum, lymphaticum, sul-
phureum, saperarium, austera, aliudve ex alvina uni-
versali.

versali sede , & aliquando per inversionem ventriculi vomentis; quamvis cutanea sedes emunctorum universale redatur , & sit polycresta structuræ ad suscipiendos , & foras expellendos omnes peccantes liquores in Machina contentos ex sua anatomica structione , continent cutaneas glandulas , nervulos , arteriolas , venulas , & lymphatica exitissimæ vasa , ex quibus expelli possunt omnes succi talibus canalicibus , & officinis ducti . Hoc totum experientia , anatomica causa docet quotidiè ex expulsione habita sudorifera diversi Saporis , & odoris ierici expulsi succi , ac varietate multiplici violacea , rubra , nigra , variegata in eruptione exanthematica ; uti in defœtivo gravissimo diaphoretico adiposo sudore , lethalißimo signo .

XIX. Dicuntur correcti , & soluti depravati saporosi liquores ex suis emunctoriis , ex causa acquisitæ Figuræ , cui annexitur Motus correctivus ex præsidio universalis habitus . Sic etiam in correctione diversa , & varia symptomatum semper præbere necesse est æquale auxilium ; sic in nervea laetitia indole , convulsiva semper utendum iis , quæ spiralem . Figuram augent , uti sunt viperina omnia , succinata , versa gryses ambra in ventriculo aquæ hirundinum , & nunquam negligenda est potio calida , pavca , gradatim , & plurimes repetita , ex vero cervino cornu , ac floribus papaveris rubri , & vero ligno Aloes : quo auxilio paulatino , successivo , continuo massa eterogenea spoliatur a saporizatione eterogenea , & unâ simili restauratur .

XX. Symptomata varia diversam exigunt præstilio rum modulationem , tam internam , quam externam , ducendo ad cutaneam sedem universalem urgentiora stimulatio symptomata , uti frictiones , eucurbitulas , emblasticæ experientia , quæ præcisè stimulant evacuando , illaque apponendo loco , & tempore methodicè indicato , ut quod valde pungens , vel copiosum erit , veluti ad novum emunctorum ducatur ; sic omnia gradatim , & methodicè servi debent , tam in solutione omnium internalium inflammationum in quacunque parte habita , sive musculosa , membrana-

branacea, glandulosa, tendinosa, aliaque spermatica, vel rubra uti illo auxilio simili, & æquali succo, fluidoque ipso corrigendo; uti lymphatico diaphoreticum, & ureticum, damnum, vel salivale, saponario alvinum, vel emeticum, austero acido correctivum incisivum alvinum; quam in sanguulo corrigendo, uti anatome docet, & methodus requirit.

XXI. Hac anatomica structura habita in massa sanguinea continente cunctis Ideas naturales vitales, animales, & liquores singulos saporosos figuratos perfectivo Motu, ideatione chylifera universali interna, & occasionali procatartica, unâ simili cum Ideis omnium liquorum delatorum, gyremate universali ex tota in universam Machinam, existentesque singulas organicas partes, sit inde in cruce ipso adesse, reperiiri, & annecti omnes saporiferas Ideationes omnium, singulorumque liquorum ideatorum, tam ex internis magnis officinis elaborantibus, & perficientibus specificos Sapores, quam ex omni occasionali suscepta externa causa; sive elastica universali, sive individua procatartica. Tanta tributa saporizatione sanguini ipsi arterioso, venosoque, evenit, ut in eo fieri possit, uti de facto imprimitur, omnis prava saporizatio, & Iæsio in Figura, & Motu, & inde qualiscunque reperibilis morbus: cum depravatio morbosa singula requirat Saporem, Figuramq; molestam in uno, vel pluribus fluidis, & cum sint omnes tales Ideationes fluidæ, saporosæ, & figuratae, Figura tamèn comunicabili, & ducibili in Sanguine ipso; ideoque morbi universales, & individui singuli sunt reperibiles, & ducibles in, & ex sanguine polycreste ipso. Igitur Machina vivens, sicut perficitur, & nutritur, ac durationem retinet ex rosciditate universali fluida sistente in sanguine, sic quoquè geometrica opposita depravata Ideatio morbosam seriem internam, & externam ducit, ducere potest, & sua symptomata annexa.

XXII. Quæ universalem, insalubrem, morbosam Ideam, ac individuam ducunt, expressa reperiuntur Iconis-
mo

mo decimo octavo , & sequentibus Idealogiæ , penè quam reperiri licet quod recens elucidatum est .

G N O M O N IV.

Nonnulla Exprimenda , & Elucidanda in Regione Animali Secundum Præsens Nostrum Systema .

I. **C** Apitis animalis regio cum præcisè majori ex parte structa sit in principalioribus officinis spermaticis , partibus , similibusque fluidis , nerveam Ideam habentibus : qua æqualitate , & structura spermatica ferè simili gaudent omnes partes pudendæ , & officinæ fecundantes ovariaz , tām viriles , quām fœminæz , ac etiā simili , æqualique succo nutriti , & agere valeant ; idēque in præsenti elucidandæ veniunt Saporosæ Ideæ expressarum officinarum , eorumque sūnilitudinem perfektivam , & defectivam ducentes .

II. Sunt fluida delata in sedem animalem a principalioribus , & singulis officinis , tām naturalibus , quām vitalibus , ut in ea regiōne animali perfici possint omnes principiatores , & nobiliores operativæ Ideationes , tām in concipiendo , servando firmitudinem reminiscenziæ , quām singulos individuos sensus conservando , ideando , perficiendo in visione , auditu , oflaſtu , ac tangibili singulari multipli- ci sensatione saporosa potabilem , & solidorum ; unde in tanta multiplici , varia , nobilissima sede , ac Ideatione , reperiri necesse est omnia fluida , sèd perfectissima Ideæ structa , & saporizata , ut obtineri possint ; tām restorationes tantorum sensuum ; ac vari Motus animales , quām perfe- ctive Ideæ memoratrices intellectivæ , distinguentes , cogitantes , perficientes opus universalissimum animale .

III. Hinc spiralis succus nerveus nobilissimus excel- lens , structus in tali animali officina , licet spermaticæ Ideationis , attamen perficitur ex præstantissimo archeali vitali fluido , ac singulis vo latilibus decurrentibus succis ex tota univer-

universalis massa. Qui excellens, praestans volatilis nerveus liquor suo finu, & Idea continet eterogeneam impressionem volatilem, licet spermaticam, ideoque primus in fœcundatione, ovulatione, & propagatione specifica: ex quo nerveo liquore omnes partes, tam spermaticæ, quam rubræ ex tali præcisa ideali impressione nervea eterogena struuntur, fœcundantur, propagantur, omnesq; viventes Machinæ, & ipso principaliter læso nerveo spirali fluido, lœduntur, depravantur omnes, & singulæ partes in Machina vivente, tam fluidæ, quam solidæ cujuscunque specificationis. Fit inde, ut sensationes, tam internæ, quam externæ, fieri nequeant, ipso nerveo liquore læso, non decurrente, ac depravato in sua nobilissima præstanti, spirali, universalis Idea. Labescit quilibet sensus, singulaque sensatio interna, & externa simili, talique omnimoda gradatione, sicut est gradata depravatio ipsius spiralis liquoris. Est igitur statuenda polycresta Idea, ac universalissimus Motus sensationis in ipso nerveo, spirali, animali, universalissimo liquore, in quo reperiuntur Motus, sensationes, fœcundationes, ovulationes, ac successivæ, propagandæ species, tam ordine specifico, quam structura individua.

IV. Fiunt ex ipsius depravatione gravissimæ, & curatu difficiles alienationes, tam in sensatione, quam in Motu, uti apoplexiæ, paralyses, surditas, suffusio, balbuties, deperdita memoria obtusio intellectionis; infœcunditas, ac omnes præcipui morbi Machinam ipsam viventem graviter lœdentes, tam in Motu fluidorum, quam in torpido progressu partium solidarum.

V. Est nobilissimus spiralis succus volatilis in Figura, suavissimus in Sapore, & maximè celer in suo Motu, ut sola cogitatione valeat tumefacere partes, torpescere, mestitiam deferre, ac hilaritatem, jucundamque sensationem, omnesque animales Motus simplici data occasione, ac impulsivo extricante Motu, tam interno ex officinis, & fluidis, quam externo delato a qualibet distincta sensoria sede, gustabili, olfactiva, auditoria, visiva, ac universalitangibili

gibili cutanea ; undè mirum non est si eius lœsio , & depravatio èadem gradatione instantaneos ferè , ac celeres ducat morbos in statu defectivo ; nàm eadem gradatio reperiatur in Motu cuiuslibet fluidi in statu naturali perfectivo , ac defectivo morboso. Quæ fluida torpescunt , tardissime lœduntur , ac pariter longo indigent tempore , ut perfectiu[m] ducant Motum : causa utriusque est Figuræ modulatio , & Saporis Idea , ex quorum copula , & naturali impressione , & stratura , consequuntur Motus naturales perfectivi , & defectivi morbos ; nàm ex illorum strutura , & Idea Motus omnes gradati fiunt.

VII. Mirum anatomicum naturale annotandum in omni , & singula specie vivente , tām herbacea , plantifera , vegetativa , quām in singula , & qualibet fluviali , & maritima , ac reptili , terrestri , brutali , quadrupede , sensitiva , & volatili , quām perfectissima excellenti machina humana , tām ordine specifico , quām structura individua ; in quibus singulis speciebus , & distinctis individuis in qualibet specie reperiuntur Motus animales varii , diversi , celeres , mediocres , tardi , morosi , iracundi , mæsti , serietatem habentes , nimirum sensationem , acutam perceptionem , nimirumque torpidam , Motumque animalem universalem in sensitivis Machinis varium , distinctum , diversum ex Figura , & Sapore : quibus variè struitur spiralis nerveus liquor , ex quo tot , tantæque multiplices diversæ Ideationes fiunt , consequentes gradatim , & geometricè naturaliter struendam , Ideamque ipsius nervi fluidi ; ex quo , in quo , cum quo conficiuntur omnes , & singulæ sensationes responsive , tām sensationem naturalem tristem , vel iucundam in partibus solidis , quām cogitativam in officina animali ; in illa tamen specie capaci tali Ideatione , cum multæ species a tali cogitativa impressione , & Ideatione priventur .

VIII. In vegetativa serie , quia deest , uti in multis animalibus viventibus Machinis , sedes animalis , ideo multæ sensations , & perceptiones deficiunt , ac Motus consequentes : sunt

G g

tamen

tamen in vegetativo genere, reliquisque fluida ferè similia, & aequalia nervino succo spirali, undè gradata hujus copia; Figura, & Sapore sunt suaves, celeres, ac jucundæ, gustabiles saporizationes, ac vires roborandi, restaurandi, augendi succum nerveum in aliis viventibus Machinis; hinc est, quod illorum usus, potus, epulatio sint causa restaurations, & præstantis auxilii in morboso diminuto, & vapido nerveo succo, illsumque corrigere, & restaurare, uti sunt gummata grisea, & variorum naturalium vegetantium, septilium viperinam Ideam habentium, & hirundinum succum, & Ideam volatilem imitantum. Omnia ea, tām vegetantia, metallica, volatilia, & maritima gaudentia tali nerveo spirali liquore, sunt idē capacia, & præstantia auxilia in restauratione nervi fluidi in qualibet specie, & præcipue in humana Machina; & hoc anatomicè fieri debet ex geometrica mensura, aequali Idea, & consona similitudine habita ex Idea spirali nervea annexa diversis speciebus, sed comunicabili cuique nerveo fluido, quamvis alienæ specificationis.

VIII. Sunt tales nervi spirales liquores in omni specie, & ducuntur per diversos ductus, & canales, uti exiguntur ab omni determinata specie. In vegetativa per ramifications primarij deferentes tempore verno flores, indeque specificos consequentes fructus sapidos, incipientes, mediocres, celères, vel morosos, uti Idea, & gradatio, ac copia spiralis nervei: similiter in reptili specie per proprios meatus, & in omni, singulaque sensitiva specie per suos duos nerveos deferentes a capite sede animali in omnes partes sensationes ipsas mensura, gradatione, & celeritate ducendas. Est igitur in animali *sede sensitiva* considerandus præstantissimus liquor *nervus ipse*.

IX. Taata efficaci causa confirmatur succi nervi Idea, ut non reperiatur quidpiam fieri posse in fœcundatione, productione, & generatione sine ipso nerveo fluido. Herba, plantæ, genus omne vegetativum fœcundatione, ac productione indiget successiva in propagatione continua;

quæ

quæ fœcundatio, & productio, sicuti in sensitivis speciebus nerveo liquore fœcundante necessariò indiget, ita ad debitum tempus vegetativa series respicit ipsum liquorem nerveum, ac suscipit à radicali officina, quæ utrumque agit, scilicet specificationem, & fœcundationem seminis: uti animalem sedem cognoscunt omnes sensitivæ species pro ipso nerveo succo ideando, quo expresso, tempore debito, & ætate pubescente fit fœcundatio, productio, generatio. Nullum genus vivens valet, aptumque est sine nerveo fluido fœcundare, producere, generare.

X. Est universalissima saporosa sensatio in specie humana, tam jucunda, quam molesta ex præstantissima, nobilissima Idea nimis polycresta nervi succi in Machina ipsa, ut valeat, & capax sit suscipere gustabiles sensationes saporosas, tam in modulatione solida, quam fluida ex qualibet specie, sive fluviali, maritima, reptili terrestri quacunque, volatili multiplici varia, ac innumeris vegetativis, tam herbaceis, quam plantiferis. Quod mirum est, sed anatomico firmatum, quod Machina vivens nobilissima humana gaudet, tristetur, vescatur, nauseat, roboretur in nutritione, ac etiam officiatur à qualibet solido, vel potabili cuiuscunque speciei: Nutriatur, delectetur a singulo cibali, & potabili cuiuscunque generis, & speciei expressæ, variez, diversæ, multiplicis; quod in aliis subalternis speciebus non reperitur. Maritima, fluvialia nonnullis restaurantur, & gaudent cibis, sed non omnibus, sic qualibet sensitiva species varia, distincta vescitur, & gaudet talibus determinatis cibis, sed non omnibus, uti quoquè in volatili serie qualibet species individuis, distinctisque cibis determinatis nutritur, gaudet, vescitur, sed non omnibus.

XI. Causam reperies in præstantia universalis nervi liquoris capacissimi suscipiendi quascumque sensations, tam jucundas, quam molestas; unde multiplicitas sensitivis universalissima in sola Machina humana reperitur, tam susceptiva idealis, quam distincta perceptiva sensationis, modulationis strucivæ solidæ, quam extricantis, motricis

impulsivæ præstantis ex succo nerveo delataæ , qua polycresta sublimi Ideatione , & structura , tām fluidi nervæ , quām solidæ Machinæ fit capax sensationis cujuscunque , tām nutritivæ , quām criptis defectivæ : Hac causa fit capax cujuscunque subalternaæ sensationis , & nutritionis specificæ , & individuæ subalternaæ , ac dicitur Machina Machinarum . Reliquæ enim species , quia universalissimo , tām præstanti nobilissimo spirali nerveo carent , ideo terminatis , & individuis cibis , & potibus gaudent , & nutriuntur illa gradata , & terminata modulatione , qua gaudent , & struuntur . Abecedarium universale Saporum est in Machina humana , & ideo omnes saporizationes suscipere potest , & modulatas singulas nutritiones ex nerveo polycreste abecedario spirali succo . Reliquæ subalternaæ species terminatis Saporibus , ac literis struuntur , unde tales , tantæque dictiones fieri possunt , & modulari ex terminatæ numerica saporosa modulatione : quæ distinguitur , reperitur , & determinatur in qualibet subiecta specie volatili , sensitiva , fluviali diversa .

XIL Hinc est anatomica , & firma præcisa causa , quare possit succus nerveus in specifica Machina humana restaurari , refici , augeri a qualibet præsidio vegetabili , fluviali , reptili , sensitivo quadrupede , & volatili , quia omnes tales saporizationes nerveæ continentur in polycreste humano spirali nerveo fluido capaci , omnesque singulas subalternaæ sensationes deferre ; undè restauratio quædam , & auctio nervei liquoris , quia fieri debet à suo simili æqualem in Figura , & Sapore , indè oritur anatomica restauratio nervei succi a singulo subalterno Sapore spirali cujuscunque speciei , quia qualibet nerveus succus , tām vegetativus , quām sensitivus , volatilis , reptilis reperiit suum æqualem , similemque idealēm liquorēm spiralem in Machina humana , cui annexatur , quem restaurat , auget , corrigit , firmoremque reddit ; undè Methodica Micrologia præbet in restauratione spiralis nervei fluidi , quæ ex maritimo genere ducuntur spermaceti , liquores perlarum , carnes viperinæ , lumbricalia falia , gummata grysea , lapides pretiosi , vegetantes radices ,

ces, volatilia salia, gummata succinata, aloeticum verum lignum, liquores hirundinum, ac adiposa omnia ursina, leonina, equina, vulpina, viperina, ex magna cete maritima, reptili qualibet singula imitantia Figuram spiralem, ac lucidissimum, roscidumque fluidum nerveum, in quo reperiuntur omnes Figuræ, singulique Sapores, contenti in qualibet subalterna specie; ex qua similitudine, & aequalitate accedit præcisa anatomica restauratio, correctio, & firmitas spiralis nervae fluidi, tam in externa lotione cutanea, quam inspiratione halituosa nervea ex gummatibus nervinis, ac spirituosis potibus, tam ex volatilibus salibus Ideam reptilem spiralem viperinam habentibus, quam lucidissimum, roscidumque Saporem ducentibus. His nutritur, augetur, restauratur, corrigitur universalibus præfidiis ex quacunque specie delatis nerveus spiralis lucidissimus succus.

XIII. Si similiter in succo nerveo, sicuti in cæteris naturalibus fluidis accedit, ut causa Figuræ tam perfectivus, quam defectivus ordo modulationis eveniat in solida partium solidarum fructione, uti ex illorum Sapore Motus perfectivus, vel defectivus consequatur: Hinc in ipso nerveo fluido duplex opus præcipuum reperitur, & sensationis tangibilis in officinis sensoriis, partibusque solidis, tam jucunda, quam molesta universalis, & ex Sapore. Motus varius, diversus, polycrestus omnimodus in omni sensitiva Machinæ parte, sive universali, & particulari motrice Fibra, cum qua, in qua, ex qua sensatio ex Figura nervae liquoris, & Motus ex ejus Sapore: Quibus regitur præcipue, non neglectis aliis fluidis, sed interiori ordine Motus, & sensatio internæ, & externæ in tota ipsa vivente Machina, partibusque singulis solidis capacibus suscipere per debitos canales ipsum nerveum fluidum, unde ossa nuda tali sensatione, & Motu, ex illius parentia privantur, & omnes aliaz partes, si quæ sunt in Machina ipsa vivente.

XIV. Ex expressis latè patet quare in statu morboſo, quo læditur Machina vivens in succo nerveo, depravetur aliquando in sensatione, & malitiores in solo Motu. Causam ana-

anatomicam habes, nām dūm lēditur magis Figura nervei fluidi, tūc depravatur omne id, quod principaliter sensationem suscipit, & per consequens lēduntur in Figura ductus, & canales, quibus struitur, & defertur Figuratio nervea sensitiva per capillares innumeros duclulos nerveos conficientes mirabile rete nerveum, cum quo, in quo, ex quo sensatio in Figura percipitur, ac illius modulatione nervea diversa fit sensatio acuta, mediocris, diminuta: Qua Figura depravata deveniunt, & consequuntur diversa symptomata, uti fluiditas organi, stupiditas, & diminuta firmitas, que, & alia similia symptomata occurruunt ex depravata Figura nervei liquoris, cuius Figuratio naturalis dat firmitudinem, & soliditatem universalem, & individuam. Hinc est, quod in corrigenda lēsa Figura nervea, sensationem externam ducente, maximē profint balnea mineralia Ischiz, cum spiritu volatili vini, ac camphora orientali annexa dicto ardenti spiritui, ut possit vappescens Figura roborari; uti etiam omnes adipose unctiones ex reptilibus animalibus, & vegetantibus majorana, enruta, pulegio, nepeta, ac similibus, ac aloeticis veris lignis, & expressione lumbricorum terrestrium, adipis viperini, ursini, leonini, equini, vulpini, omniumque volatilium, ac maritimo spermate ceti, uti etiam galbanetis ex metallicis, & oleis philosophicis firmitudinem habentibus, & ducentibus ab origine, & Machina metallica, maritima, reptili, quadrupede, volatili, & omnibus illis, quibus refici, & restaurari valet, ac augeri in statu, etiam naturali sensatio, & firmitudo in Machina vivente.

XV. Dum Sapore vitium contrahit nerveum fluidum ex tota Machina, suisque naturalibus, vitalibus, singulisque aliis succis, vel in propria officina animali, in qua, & ex qua ultimam Ideationem nerveam contrahit, tam figuratam, quam saporiferam ipse nervetus succus: ex qua sede, & animali officina ducitur perfectissimus; ac præstans ipsum liquor in omnes sensus, interias, & externas sensationes, & causa organicæ modulationis; varias, diversasque operationes.

tiones defert; uti accidit cuilibet alio fluido naturali successivè in varias partes delato, & intromisso, uti saponario succo varias sedes invadente, diversas Ideas, & varios dicit Motus, sic per ipsum lymphaticum fluidum irrorando in nutritione, ureticum opus in renali sede, salivationem in sublingualibus ductibus, lachrymationem in oculis, & aliis organicis partibus, uti etiam subacidum pancreaticum concitat in ore ventriculi famem, in fundo solutionem chyliferam cum aliis succis, & in propria sede perficit, quod intromissione ducendum in universalem fluidam Machinam pacando nimis volatile amarum salinum, & sic omnia fluida ingredientia varias officinas, partes, & vacuitates, etiam varias exercent Ideas operatrices, non dissimili, sed efficaciori, & præstantiori Ideatione, uti est in suo esse, operatur ipsum præstantissimum nerveum fluidum dum movetur, quoque Sapore petit, & spirali Figura diversa organa, varias partes, multiplicesque earum modulationes.

XVI. Igitur dum magis Sapore peccat, etiam in Motu laeditur, omittens suum nobilissimum elasticum, roscidumque, empyriumque lucidum; undè ex tali depravatione saporifera laeditur Motus, & variè, ac multipliciter depravatur ex dupli gradata causa, & prima sua saporifera Idea mediocri, levi, vel gravi culpa laesa; vel ex parte organica, quam petit, quam ingreditur, illiusque præstantia necessitate, & operatione, ac structuræ efficacia, v.g. si petat oculum, gravissime offendit, si aurem, minus, si papillares glandulas, mediocriter, si cutaneam sedem, torpescens, si membranas, acutiem, si tendinosam strukturam, minus, sic muscularém glandulosam, aliamque. Quibus variis, distinctis officinis, & partibus, quas petit nerveus succus Sapore depravatus, ita distinctas depravat motiones, & spirales Motus; undè graves paralyses, mediocres, tenues in Motus privatione, tam ex gradata lafione saporosa nervei succi, quam ex præstantia partis, in quam laesus in Sapore defertur.

XVII. Nunquam cogitandum est, nec anatomica causa quisque suasos sit, quod in quolibet fluido viventis Machinæ

chinæ possit lædi Figura totaliter non læso Sapore , nec depravato Sapore non molestetur Figura , sed aliqualiter , quia Figura suo sensu servat proprium Saporem fluidi , & sic etiam Sapor restaurat suam Figuram ; attamen potest , uti de facto in omni morbo accidit , lædi Figura graviter , sed non læso tali modulatione gravi , Sapore ; unde distinctio Motus extricationis , & Figuratio firmitudinis in quolibet naturali fluido. In nutritione universalis Sapor extricatur , & dicit Motum in quolibet fluido alibili , at Figura annectitur parti nutriendæ , & tali Figura firmitas ducitur . Est morositas , & aliqualis depravatio in annexo Sapore ex vitiata Figura , & aliqualis molestia in Figura ex affecto Sapore : dum torpescit sensatio , etiam depravatur Motus , & dum læditur Motus , etiam torpescit aliqualiter sensatio in parte offensa .

XVIII. Rationabili methodo corrigitur nerveum fluidum internis illis praesidiis , quibus spiralis roscida nervea Idea luminosa redditur , illudque spoliando ab omni torpido , vappidoque , saporoso succo , quo morosus redditur Motus extricans , ac movens universalem , & individuam motricem fibram . Sunt talia praesidia spoliantia peregrinum Saporem à nerveo liquore , omnia diaphoretica universalia , uti æqualia , & similia corridentia lymphaticum fluidum , ex quo prima fundamenta nervae liquoris , & quia etiam sunt universalia praesidia respicientia motricem fibram , suumque liquorem polycrestum moventem ; unde potionis ex lignis , & vegetabilibus nerveam Ideam habentibus sunt propinandas , uti ex salsa parilia , ligno guajaco , juniperino , buxo , ex nervea lavendula , majorana , ulegio , & similibus ; at primus locus concedendus in diaphoresi correctiva cibrante universam massam fluidam mineralibus ipsis recte paratis , tam in decoctione , quam in sublimatione , uti sunt omnia ea , quæ ex polycreste stylico parantur , sic diaphoreticum , cerussa semper tamen unita cum nervino gummoso , ambra gryphaea , sale volatili succinato , camphora orientali , ac reptili vegetabili , viperino sale volatili , lumbricali , & cetis spermate , ac singulis potionibus ex ebore , & volatile C. C.

Quæ

Quæ omnia tām succinata , viperina , vegetantia , animalia , ac metallica continuo successivè methodicè adhibita , sunt efficacia corrigiendi internum sylvestrem Saporem netvenum per emundatorium universale cutaneum , quo universa Machina in omnibus fluidis peccantibus , & præcipuo lymphatico nerveo corrigi valet , sub qua efficaci præstanti correctione non parvificiendus usus hypocausti , quo sudores universales excitantur , ac polycrestæ correclio præcipua illorum succorum cutim potentium ; uti est lymphaticum fluidum in irroratione universalí cutanea , & polycrestæ sensatione ex nerveo succo . Non neglegitis vicibus necessariis pharmaceuticis capitalibus ex catholico extracto , pilulis cochiis , resina jalappæ , ac singulis innumeris pharmaceuticis , semper tamèn annexis verò castoreo succinatis gryseis , & volatilibus nervinis præsidiis . Ideoque balnea mineralia tempore debito sunt non parùm efficacia præsidia , quia sapiunt metallicam universalem diaphoreticam Ideam , qua aperiuntur omnes coetanei ductus , in quos ingreditur minerale balneum , & per consequens in eos liquores præcipuos cutim pertinentes lymphaticos , & nerveos , & successivo Motu in universalem fluidam Machinam ; & iis corrigitur peccans Figura nervea , & unâ simul Sapor depravatus in sua volatili lucida Ideæ .

XIX. Nunquam convalescit depravata vivens Machina ex culpa intromissa ex singulo fluido habente universalem Ideam in ipsa , uti lymphaticum , nerveum , archeale , esurinum fluidum , nisi illa præsidia exhibeantur , quæ etiam polycrestam Ideam correclivam habent ; uti sunt mineralia , diaphoretica , salivantia , mercurialia , ac in ordine alibili , restaurante , roscida naturalia , oleosa , pinguia , laetitia , tām interna , quām externa . In tali universalí correclione non solùm corrigitur ; & in naturalem Ideam ducitur præcipuus sylvestris depravatus succus , tām in Figura , quām in Sapore , sed etiam ideantur , & corrigi valent singula annexa fluida ; causa eterogeneitatis cruoriferæ , sylvestris , aliqualiter redditæ ; undè semper recurrentum est ad universalia

H h
falia

*falia præsidia corrigentia Machinam fluidam in omni morbo
gravi, polycrestam Ideam habente, & intromisso ex illo
fluido gaudete universalis Idea in omni Machina vi-
vante.*

GNOMON V. ET ULTIMUM.

*Universalis Elucidatio Figurarum, & Saporum
ex Naturalibus Machinis Habita, secundum
Nostrum Systema defertur.*

I. **Q**ualis unquam reperta, vel reperibilis vivens Ma-
china generica, & specifica penes anatomicam ob-
servationem, sive ea sit vegetans, reptilis, flu-
vialis, maritima, quadrupes, sensitiva, volatilis singula,
& nobilissima suprema humana, sua determinata specifica,
& individua Figura non gaudens? Nec vivens quolibet,
suam Figuram possideas, suo Sapore privatur, variaque mo-
dulatione utriusque movetur, operatur, & structura naturali
specificatur in suo quolibet opere sibi coasono, squali, simi-
li ex illis consequente.

II. In vegetativo genere, & innumeris speciebus her-
baceis, & plantiferis anatomicè observatur, ex earum Figu-
ratione deduci saporiferar. Ideam, & earum struclio præbet
Motus saporiferi varietatem, multiplicatatem, & distinc-
tionem. Quæ enim acutam Figuram continent, invitando ignis
Figurationem, sunt acuti penetrantis, ac nimis extricantis
Saporis: Pariter illa, quæ imitantur aquam, primum fluidum
in sua Figura sunt ejusdem ferè Saporis, & Motus. Sin-
gula ducentia elasticam aeream circumscriptiōnē pariter
quoquæ eamdem indolem motricem retinent. Saxea, dura,
metallica ducentia terream impressionem, eamdem prorsus
imitantur naturam, & impressionem; ut singula varie, di-
stinctaque Figuræ modulata externè, eamdem deferant in-
trinsicam saporizationem, ut anatomicè valeat dicere in
omni-

omnibus vegetantibus , qualis Figura , talis Sa por , & conser quens Motus . Non indigent probatione , quæ visu , & tactu gustabili observantur .

III. Sèd quod mirum est , & observatione dignum , quod vegetativum universale genus in tantis distinctis speciebus imitetur nobilissimam Machinam humanaam , ut in ipsis continantur tot vegetantia diversa imitantia omnes partes principales ipsius Machinae humanae , ejusque similitudinem , & æqualitatem , v. g. folliculi florum pænorū conclusi signant , analogicè , capitis structuram cum suis fibrillis , similibus suturis , & venulis animalem Machinam conservantibus , ac cranium ipsum in cortice ipsius pænorū ; unde mirum non est , si ejus saporifera Idea sit capitale præsidium . Omnes consequentes herbaceæ , & plantiferae Machinæ , eundem præsidium laboranti animali regioni deferunt .

IV. Capillorum structuram imitatur cydoniorum malorum lanugo , ut capilli laquugo , & majorum externa Figuratio lanuginosa sint similes ; ideoque tali æqualitate Figuræ decoctum lanuginis cydoniorum restaurat , restituuntque capillos defluxos a quolibet lèdente Sapore , etiam luis vene reæ ; uti arboreus oblongus in Figura lanuginosus , muscus , maximè prodest defluentibus capillis , pilisque , causa similitudinis Figuræ ; uti thappiæ folia fœniculacea , seu capillaria reficeret decisos capillos , alopeciaz causa . Sunt similia in Figura , & æqualia in restauratione .

V. Quantæ sunt partes , & numerata organa in Machina humana , tantæ reperiuntur Figuræ similes conservantes , & restaurantes cum suis annexis Saporibus suæ similes partes , & æqualia organizata in vegetantibus animalibus , & metallicis in mole universa , ex quibus Machina ipsa nutritur , corrigitur in depravatione morbosa , & præsidia ex ipsis suscipit ; ex quibus anatomicè patet , & demonstratur structionem Machinarum viventium produci , generari , perfici , nutriti , durationem habere , & Motum , ac præsidia susciperre . Corrigentia in depravatione morbosa multiplici ex ipsis similibus vegetantibus , æqualibus animalibus , & signatis mi-

neralibus, in, & cum similitudine, & æqualitate Figurarum, ac annexorum Saporum: Unde similis nutritio, restauratio, & Motus consonus vitalitatis. Creavit Altissimus Machinam ipsam humanam continentem omnes subalternas viventes Machinas, ex quibus & in quibus, & cum ipsis nutriti, & refaci posset in signatis Figuris similibus: quale opus Altissimi cuique virtuoso, & exacto Anatomico nimis latè patet, notumque est. Respicere aures, quibus assimilantur folia aperi in in Figura, quorum foliorum præsidia roborant, & flores auditum, & memoriam; ut etiam cochlearum Figura similis auribus, dum illæ decoquuntur, & sale imposito depurantur, ac consecutivè spumantur, non leve præsidium in roborando auditum, similitudine Figuræ; sicut mentastrum aquaticum in suis foliis, nasi Figuram retinens, valet ipsius extractum perficere omissum odoratum. In oculorum Figura herba Paris, sive Aconitum Figuram similem pupillæ habens, illius oleum chymicè extractum, valet acutum reddere lumen; uti tali similitudine sunt euphrasiaæ flores, ex quibus præstans aqua; & ex sequentibus similem Figuram habentibus deducitur, scilicet ex Antheme, Caltha, Hieracio, Argemone, Anemone, Scabiosa, Flore Asteris, Attici vegetantibus, & ex similitudine Figuræ, etiam ex metallicis, vel propè; sicuti ex lapide (vulgo dictus Beloculus), in quo inspicitur circinata nigra pupilla, manibus gestato, clarificari visus.

VI. Ut omnimoda confirmatio mechanica, naturalis, anatomica exactè confirmetur, Machinas viventes produci, firmari, ac durationem vitalem habere ex ipsis Figuris, & annexis Saporibus similibus, & pariter morbosas, & depravatas fieri ex illorum Iæsione, & morbos ipsos intromissos ex Iæsione Figurarum, & Saporum corrigi à similibus vegetantibus, sensitivis, & metallicis retinentibus æqualitatem, & similitudinem Figurarum, & Saporum ex illorum Idea dejatorum, decens est catalogum huc deferre vegetantium, sensitivorum, ac metallorum, quorum similitudo roborat, firmat, corrigit expressos, contentosque liquores, ac solidas orga-

organicas partes in Machina humana ex Idea annexa Figurarum, & Saporum; ex quibus Motus vitalis omnis varius, multiplex, diversus.

VII. Quamvis ex quadruplici abecedario primorum struuntur fiat studio cuiuslibet viventis Machinæ, scilicet ex Terrea mole præbente incomunicabiles Figuras, ex Igne præstante Sapore, ex Aqua deferente nutritionem, & ex Elastico Aereo suscitante, extricante Motum; at tamè ex hac abecedaria mole varie modulata in Figura, & annexis Saporibus, oriuntur tot, tantæque viventes Machinæ varie, diversæ, specificæ, & individæ naturales, & salubres in similitudine, & æqualitate Figurationum, & Saponum, ac insalubres, morbosæque ex qualibet inæquali Figura, læsioque Sapore: Confirmatur hoc totum.

VIII. Regionis naturalis morbi iis præsidiiis sanantur, similitudinem habentibus cum parte affecta secundum similitudinem Figuræ, & consonum Saporem. Laborat in hydrope regio naturalis, unde radix bryoniae similitudinem habens cum abdomine, uti radix mechoacæ, medulla ligni sambuci, mala persica prossunt, causa similitudinis Figuræ. Isteritia in cysti fellea requirit scarabæos flavos, chelidoniam, curcumæ radicem, centauream, crocum, lapidem fellis bovini, & similia in Figura. Ita similitè lumbrici in intestinis geniti expelluntur vicia, & rosæ tinea eadem similitudine: sic etiam membra tabita, auxilio radicis salicis, & frondium, ex similitudine, præstantissimum exigunt opus, factò illarum decocto. Gardus Santus succurrit pleuritidi, & consolida regalis eadem similitudine Figuræ. Hepatica, & Fungus quercinus, jecoris, & lienis affeclus succurrunt. Cordi citrum in fructu, & cortice, uti mirobolani, nardus, & pulmoni pulmonaria, ventriculo folia cyclaminis, galanga. Vesicam alkekengi fructus, & herba, solanum, & intestinis, calamus aromaticus, cassia-lignea, seu cassia fistula. Testibus, omne id, quod similitudinem habet, uti satirium, draungulus, porrum, & similia. Sic pudendis aron pretèr pastillum, fabæ, cicoreum, cicer, glans,

MICROLOGIA METODICA

glans, & æqualia, & uterinis fæmineis partibus malum granatum, cyclamen, macis cortex. Renibus portulaca, secundis nymphæ, & spinæ dorsi pinguedo equina, filix femina; calculis omnia ea, quæ similitudinem habent Figuræ, uti cristallus, lapis citrinus, iudaicus, lyngis, silex radix saxifragæ, milium solis, lachryma Job, Fructus alkekengi, nuclei mespilorum, cerasorum, persicorum, cæpæ, ex similitudine Figuræ. Disenteriæ succurrat acorus aquaticus, & signatura baccarum sambuci. Nervinis motibus, viscus quercinus, grana peoniæ. Similitèr hæmorrhogiis santuli rubri in decoctione radicis tormentillæ, corallium, chalkanthum, & inferioribus hæmorrhoidis, omnes plantæ villosæ, & lanuginosæ in decoctionæ; uti folia verbasci, gemmæ, sive oculi populi arboris, eiusque oleum; scrophulariæ, sicuti, & herniæ, & rupturæ, radix aronis, hernaria, perforata, fraxini folia, & quercina. Ut ictica mortua semenis profluvio prodest, ex eadem similitudine; Sic etiam omnibus morbis cutaneis similes herbae prosunt, scilicet scrofulis scrophularia, chelidonium, scabei scabiosa scuamis herba filicis.

IX. Venena etiàm curantur similitudine Figuræ præstantibus auxiliis; & tali, tantaque æqualitate Figuræ omnes morbi in regione animali, vitali, ac naturali. Quibus anatomice expressis confirmatur, omnes vitales Machinas fieri, conservari, mederi ex similitudine, & æqualitate Figuræ; ex quorum annexione, & varia modulatione oriuntur Motus varij, multiplices, distincti diversi, undè salubres, & morbos ducuntur operations in omnibus viventibus Machinis.

X. Firmum, enucleatumque igitur inotescat præsenti opere, ac elucidatâ metodicâ micrologiâ in suis fluidis, ac solidis strumentibus Machinas viventes omnes, has fieri, conservari, & in morbis corrigi illis vegetantibus, animalibus, ac mineralibus in similitudine, & æqualitate Figurarum, & Saporum; undè motus salubres, dum geometrice, naturaliter modulantur, & oppositione Figuræ, & Saporis illas viventes moles morbis afficiunt.

F I N I S.

INDEX

*Eorum in praesenti Operे fīstentium, Pagina signat;
Numerus exprimit.*

A

- A** Mara quare antifebrilia. pag. 201. num. 23.
- Animi pathemata velociter agere, quare. pag. 50. num. 18. & seqq.
- Anasarcæ curatio. pag. 109. num. 4.
- Animalis regionis morbi qualles, et undè. pag. 115. num. 14. & seqq.
- Antifebrile quomodo corrigat singulos Sapores in ventriculi sede. pag. 198. n. 18. & 19.
- Antifebrile exigit quanti peccantis evacuitatem. pag. 201. n. 24. & 25.
- Antifebrile stomatico copulandum. pag. 202. n. 27. & pag. 211. n. 6.
- Antifebrile amarum ulcribus pectoris, & ariduræ nocet. pag. 203. num. 28.
- Antifebrilia, ut profit geometricum Saporem servare debent. pag. 203. num. 31.
- Antifebrile in tabidis qualic. pag. 204. n. 31.
- Apoplexiæ causa, & sedes. pag. 113. n. 73.
- Aqua fluidum universale nutritius. pag. 47. n. 9.
- Aqua potus, methodicæ, quomodo. pag. 104. n. 15. & seqq.
- Aqueum fluidum quare omnes figuræ, & Sapores assūmat. pag. 186. n. 31. & 32.
- Artefacta diversa, pulchra, & monstruosa ex figuris. pag. 27. n. 7.
- Ariduræ cutaneæ præsidia. pag. 137. n. 21. & seqq.
- Affumentia qualia, & quomodo agant. pag. 79. n. 10.
- Atrophizæ, & obesitatis præsidia. pag. 139. n. 24.
- Auxilia morborum diversa. undè. pag. 34. n. 9.
- Auxilia nova in morbis, undè. pag. 34. n. 9.

B.

- B** Alnea primi fluidi, quare universalia præsidia pag. 188. n. 35. & 36.
- Alnea primi fluidi quare succurrant hypocondriaco morbo. pag. 188. n. 36..
- Balnea mineralia quare universaliter corrigan. pag. 238. u. 18.

C.

- C** Alybeata, & mineralia quomodo parentur. pag. 80. n. 11.
- Canina rabies quare ex saliva. pag. 60. n. 1.
- Cholera morbus, quomodo fiat, & corrigatur. pag. 167. n. 29.
- Chylosæ Ideæ quomodo multiplices, variz. pag. 211. n. 7.
- Colici morbi præsidia. pag. 172. n. 40.
- Contusio partis solidæ quare inflammationem pariat. pag. 181. n. 19.
- Cantis emundorium universale ex lympha. pag. 92. n. 8.
- Cuta-

I N D E X.

- Cutanez ariduræ causa** pag. 122.n.33
Cutanez ariduræ causa ex immidiato tactu, quarè. pag. 133.n.16. & seqq.
Cutaneus tactus quarè moveat omnem sensationem. pag. 137. n.4. & seqq..
Cutanei morbi solo tactu contrahuntur, quarè. pag. 132.n.13.
Cystici fluidi figura, & sapor varius in speciebus. pag. 153.n.1. & seqq.
Cystici fluidi delatio in varias officinas. pag. 155.n.6. & 7.
- D.**
- Dentium morbi ex saliva.** pag. 63.n.7.
Depravato uno sapore, annexi etiam ladduntur. pag. 220.n.2.
Diarrhæz morbi præsidia. pag. 168.n.30. & 31.
Diaphoratica corringtonia nervum succum. pag. 238.n.18.
Dysenteri & morba origo, corringtoniaque auxilia. pag. 168.n.32. & seqq.
- E.**
- Elastici Idea, & vis qualis.** pag. 37.n.5. & seqq.
Elastici efficacia in nutritione universalis. pag. 38.n.2. & seqq.
Elasticum causa universalis morborum. pag. 40.n.13. & seqq. &
pag. 222.n.5. & 6.
- Elasticum quomodò instantaneè exeat.** pag. 41.D.1.
Elasticum cui fluido magis annoeditur. pag. 94.n.2.
Esurina saporizatio ventriculi quartis saperibus, sive-
risque constet.

F.

Fæmes ex saliva efficaciori. pag. 199.D.10.
Faucium morbi quales, & undé. pag. 73.n.23.
Febrile fermentum quomodò operetur. pag. 70.n.16. & 27.
Febrilis Motus initiat ex naturali sede. pag. 189.D.19.
Februum occasionales succelli & causæ. pag. 210.D.3.
Fellei fluidi Idea. pag. 214.D.14.
Figura varia in artefactis varia pulchra ducit. pag. 156.D.8.
Figura defecitus sterilitatis initium. pag. 6.D.13.
Figura semen ducitur in herbas, & plantas specificas. pag. 7.D.18.
Figura modulatio ducit fragilitatem, ac fortitudinem
in vegetativis.
Figura incubationis oviparæ initium. pag. 8.n.18. & 19.
Figura initiat Motum in oviparis. pag. 20.D.3.
Figuræ incomunicabilitas ex terreo sinu. pag. 21.n.4. & seqq.
Fluidum nutriendis a Figura incipit nutritionem. pag. 5.D.6.
Flores vegetantes a Figura initiant. pag. 5.D.9.
Fluidum nutriendis, quia figuratum, nutrit. pag. 5.D.7.
Fluidum quolibet naturale Elastico movetur, ideatur. pag. 44.D.5.
Fluidum nutriendis quale, sic, & morbos consequens. pag. 67.D.10.
Fluidi sponarii biliosi vis, & motus. pag. 157.D.9. & seqq.
Fluidum quolibet naturale unico viro depravatur. pag. 162.D.18.
Fluidum saponarium quomodò multos parat morbos. pag. 162.D.20.
Fœcundatio seminis vegetativi primus fundamenatus est-
net a figura.
Fœcundationis Motus ex quali sapore. pag. 11.D.11. & 12.
Fœcundus sapor supponit nutrientem saporem. pag. 16.D.22.
Fœcundationis sedes diversa in viventibus Machinis. pag. 73.D.3.

Fun-

I N D E X.

Fungi , licet morbos , etiam sequuntur Ideam seminalis. pag.6.n.11..

G

- G** Allicus morbus ex tangibili sensorio universali , pag.147.n.3.& seqq.
G quomodo. pag.149.n.5.
Gallicus mordax quare universaliter Machinam lacerat. pag.151.n.13.
Gallica symptomata , quare diversa. pag.152.n.14.
Gallicus morbus , quare recidivam ducat. pag.153.n.15.
Gallicus luis praedita. pag.87.n.27.
Glandula salivalis fluidi sedes. pag.87.n.24.& seqq.
Gutturis morbi que succurrant.

H.

- H**ereditarii morbi quare difficulter curantur. pag.225.n.1.
Hereditarii morbi praedita. pag.215.n.2.
Historia rara ex Elastico. pag.44.n.6.
Hominum dissimilitudo unde. pag.16.n.14
Humana machina quare innumeris ducatur morbi. pag.33.n.7
Humana machina quare omnes cibos , omnesque sapores percipere possit. pag.198.n.6.
Hy pocondria affectio multiplex , quare. pag.101.n.8.
Hyprocephalus sedes , & descriptio. pag.113.n.12.

I.

- I**ctericus color in cute quomodo. pag.161.n.30.
Idea seminalis initia a figura. pag.6.n.12.
Ideatio sanguinis , etiam ex officinis naturalibus. pag.212.n.8.
Iliaci , & colici morbi descriptio , & curatio. pag.171.n.39;& seq.
Iliaci morbi rara historia. pag.171.n.39.
Inspidum quare non nutriat. pag.40.n.7.
Incapacitas nutritionis ex dissono sapore. pag.24.n.13.& 15.
Infusio plantifera ex consono sapore , & figura. pag.24.n.13.
Ingluvies in avibus quare. pag.59.n.11.

L.

- L**Accontines omnes figures in machina Bruendas. pag.23.n.15.
Lactis Idea specificat embriogenam. pag.24.n.15.
Lactis polyetera eterogenea Ideatio , & re-
 stauratione in machinis viventibus. pag.193.n.6.& pag.222.n.10
Lazio morbova varia diversitate saporum , & figura
rarium. pag.12.n.1.& seqq.
Lumbricalia sequuntur vedigia nervi fluidi. pag.119.n.22.
Lymphæ figura qualis , & Idea. pag.89.n.1.& seq.& pag.93.n.1.
Lymphæ sedes varia. pag.90.n.4.
Lymphæ irrorat universalis machinam suo Motu. pag.91.n.7.& 8.
Lymphæ reseditas unde , ejusque varia impressio naturalis. pag.93.n.1.
Lymphæ ex elastico , & elasto-makine ideator. pag.96.n.1.
Lymphæ morbova series. pag.99.n.3.& seqq.
Lymphæ vappiditas quibus corrigitur. pag.103.n.11.& pag.103.n.13.,& 24.
Lymphæ suscipit in statu malesto Ideato a quolibet sapore. pag.106.n.19.

I N D E X.

Lympha morbos quare, & quales ducat morbos universales.

pag. 122. n. 27. cum seqq.

M.

- M**achina humana quare omnia gustat, omnibusque nutritur. pag. 60. n. 12., & pag. 64. n. 8.
Mala compositio ex figuris. pag. 13. n. 6.
Masticationis stitia, & chylificationis. pag. 48. n. 12.
Masticatio quibus perficitur, & qualia requirat. pag. 55. n. 2. cum seq.
Mercurialia, & flybiata quare in morbo gallico profint. pag. 150. n. 7. & seqq.
Mercurii figura cui fluido similis. pag. 152. n. 10.
Metallica praeparata, quare universale praesidium. pag. 186. n. 31. & 32.
Metallica praeparata quare aliquando non profint. pag. 187. n. 34.
Modulatio diversa saporum fert morbos, multiplices. pag. 32. n. 6.
Monstruositas in viventibus Machinis adepravata figura. pag. 4. n. 5.
Monstruositas a figuris in incubatione ovipara. pag. 20. n. 2.
Morbus solutæ Unitatis ex Figura. pag. 14. n. 7.
Morbis plantiferis etiam similitudo prædiorum adjuvatur. pag. 17. n. 18., & seqq.
Morborum multiplicitas ex figuris, & saporibus. pag. 31. n. 2., & seqq.
Morbi sequuntur Ideatu sui fluidi, & officinæ. pag. 66. n. 10.
Morbi morosi, & longi undè. pag. 69. n. 14.
Morbillorum causa, & origo, atque præsidia. pag. 140. n. 26.
Morbilli, et variolæ quare in brutis, et volatilibus non accident. pag. 146. n. 36.
Morbi ex acido pancreatico quales. pag. 178. n. 12., et seqq.
Morbi omnes ex ventriculi sede quare. pag. 191. n. 12.
Morbosum fermentum semper ex moroso. pag. 211. n. 6.
Morsus venenosus saliva ducitur. pag. 62. n. 5.
Motus diversi ex figuris, et saporibus diversis. pag. 27. n. 7.
Motus diffsoni morbos undè. pag. 36. n. 2.
Motus chyliferi vitia. pag. 48. n. 75.
Motus sensationis quare varius. pag. 13. n. 10., et pag. 132. n. 13.
Motus extricationis præcipue ex amaro. pag. 182. n. 23.
Motus versus febrilis quomodo fit. pag. 200. n. 21.
Multiplicitas figurarum fert multiplices morbos in Machinis. pag. 13. n. 3. et 4.
Nervei fluidi morbi. N. pag. 118. n. 20.
Nervei fluidi varius Motus in Machina. pag. 120. n. 23., et 24.
Nerveum fluidum seminalis Ideæ origo. pag. 120. n. 25.
Nerveo succo lœsi animalia symptomata adsunt. pag. 213. n. 16., et pag. 230. n. 4.
Nervei succi Ideatio qualis. pag. 120. n. 3.
Nerveum fluidum foecundationis, et animalis Motus causa. pag. 232. n. 9.
Nervei succi universalissimus Motus, et vis. pag. 235. n. 13.
Nervei succi lœsi multiplicitas morborum. pag. 237. n. 16.
Nervina prædia corrigentia, qualia. pag. 189. n. 38., et pag. 227. n. 19., et pag. 235. n. 14.

I N D E X.

Nutritio varia undé fiat.	pag. 10. n. 9.
Nutritio varia ex diversis figuris in fluido.	pag. 24. n. 13.
Nutritionis opus quanta requirat.	pag. 137. n. 20.
Nutritio universalis ex procedenti irroratione fluidi lymphatici.	pag. 223. n. 11.
O	
Bifructio morbns, non morborum origo.	pag. 100. n. 4.
Officina salivæ osmiam saporum capax.	pag. 58. n. 10,
Orthpneæ descriptio.	pag. 110. n. 6.
Ovulatio universalis requirit morositatem fluidorum perfectivè, vel defectivè.	pag. 183. n. 23.
P	
Pancreatici fluidi officina, sapor, Motus.	pag. 175. n. 2, et 3.
Pancreaticus succus saponario fluido opponitur.	pag. 177. n. 9.
Parotides undē.	pag. 66. n. 9.
Paralyfis causa a quo fluido.	pag. 118. n. 21.
Pectoris morbi quomodò, et quales.	pag. 210. n. 6, et seqq.
Plantarum, et herbarum morbi quales.	pag. 14. n. 9., et seqq.
Præsidia corridentia lœsam salivam.	pag. 74. n. 1.
Præsidia corridentia succos sequuntur illorum Ideas.	pag. 123. n. 32.
Procatañica causæ scrutinio ducuntur.	pag. 41. n. 1., & seqq.
Pubescere in vegetativis quomodò.	pag. 9. n. 2.
Q	
Quæ non suscipiant Motum determinativum.	pag. 68. n. 13.
Quales partes in obitu Machina prius marcescant.	pag. 68. n. 13., &
Quarè febrilis invasio pluriès in eadem die fieri possit.	pag. 70. n. 15.
Quarè Machina humana singulis saporibus reficiatur.	pag. 198. n. 17.
Quomodò dietetica præsidia operentur, tam efficacitè.	pag. 233. n. 11. et 12.
R	
Abiei symptomata diversa quomodò fiant.	pag. 216. a. 3, & seqq.
Rabiei occurrentia præsidia.	pag. 84. n. 21.
Renum calculi quarè vari.	pag. 86. n. 23.
Reptilia quarè voce, & masticatione careant.	pag. 205. n. 34.
Reptilia diversum simum requirunt.	pag. 29. n. 3.
S	
Alium Idea dat saporis speciem.	pag. 10. n. 5.
Saliva necessitas, & vis in masticatione.	pag. 56. n. 3, et seqq.
Salivalis fluidi descriptio.	pag. 57. n. 8.
Salivalis liquor initiat chylificationem.	pag. 57. n. 8.
Saliva disflinguit omnes sapores.	pag. 48. n. 6.
Saliva quales prodat morbos.	pag. 63. n. 6.
Saliva quales officinæ.	pag. 62. n. 6.
Saliva partus lymphæ.	pag. 66. n. 12.
Saliva copiam qualia corrigan.	pag. 75. n. 2, et 3.
Saliva inopiam quæ restauarent.	pag. 76. n. 4.
Saliva crassitatem, atque acutiem corrigan.	pag. 77. n. 5. 6., et 7.
	San-

I N D E X.

Sanguis etiam ducit Ideas Chyliferas dum conficitur.	pag. 209.n.2.
Sanguinis heterogeneitas polycrella unde.	p. 212.n.9.
Saporis est extricationis Motus.	p. 8.n.1., et p. 9.n.3.
Saporis Motus in fluido.	p. 10.n.6.
Sopores varii dant distinctas species, variaque individua.	p. 12.n.15.
Sapori yitiose Motibus in intemperie tribuitur.	p. 14.n.9.
Saporum origo ex Igne.	p. 47.n.9.
Saponarii fluidi Motus varios, et occasionalis Ideatio.	p. 158.n.12. et 13.
Saponarii fluidi depravatio varia quibus corrigatur.	p. 160.n.16. , et p. 163.n.20.in fin. et seq.
Sopores omnes in chylo fundamento universalis nutritionis.	p. 175.n.3.
Saporum varia modulatio varios dicit morbos.	p. 184.n.36., et seqq.
Sopores febriter servare Idem venenorum variam.	p. 204.n.31.
Saporizatio heterogena unde in massa sanguinea.	p. 220.n.30.
Saporosum artheale primum movens in machina fluida.	p. 324.n.14.
Semina vegetaria figura Motum foecundationis obtinent.	p. 3.n.1.
Semen quodlibet ab uterina figura suscipit Idem specificam.	p. 3. n.2.
Seminales morbi ex nervo succo.	p. 117.n.20.
Sensatio universalis jucunda , vel tristis quarè in cute.	p. 126.b.2. et seq.
Sensus diversi quomodo fiant, et operentur in vivente.	p. 130.n.8.
Similitudo figurarum ex vegetantibus succurrat similibus morbis.	p. 141.n.4. et seq
Sterilitas feminina a figurarum lesione.	p. 4. n.5.
Stomatika sedes in omni morbo roboranda.	p. 104.n.19.
Strumz ex quo fluido fiant.	pag. 64.n.6.
Stybiata praesidia universalia corringtonia lympham.	p. 87. n.28.
Stybiata antifebrilia quarè polycrella.	p. 201.n.22.
Stybiata quarè universalia praesidia.	p. 226.n.18.
Succorum saporosa lassio varia quibus corrigatur.	p. 185.n.2. 9.
Succum vitalem cerringtonia.	p. 226.n.27.
Symptomatum diversitas ex lesionе variorum fluidorum.	p. 224.n.15.
T.	
Thympanitidis descriptio-	p. 109.n.5.
V.	
V Appidum fluidum non extricatur.	p. 68.n.13.
Variolarum causa , origo , et curatio.	p. 140.n.27. et seq
Variolarum temporis varietas unde, quarè.	p. 143.n.33.
Variolarum temporis curationis descriptio , earumque praesidia.	p. 144.n.34.
Vegetantium verminatio ex sapore.	p. 15.n.1.
Vegetantia paucis morbis lassuntur quarè.	p. 30.n.1.
Vegetantia varia diversum Elasticum requirunt.	p. 52.n.1., et 2.
Vegetativa succo etiam nervo gaudent.	p. 231.n.7.
Vegetantia imitantur Machinam humanam.	p. 240.n.3.
Vegetantia similitudine restaurant partes Machinæ humanæ , eisque morbos.	p. 241.n.2.3. et seqq.
	Vene-

I N D E X.

Venorum vis iadens quomodò.	p.42.n.3.
Venena sequuntur Ideam specificam Machinz.	p.63.n.5.
Ventriculi sedes in omnibus morbis primario corrigenda.	p.196.n.14.
Vivipara , et oviperæ generatio quomodò distinguantur.	p.28.n.1, et seqq.
Ventreculi sedes in omnibus morbis primariò corrigenda.	p.196.n.14.
Vivipara , et oviperæ generatio quomodò distinguantur.	p.28.n.1, et seqq.
Viscus quodlibet suo sapore , et distincta figura nutritur.	p.30.n.6.
Viperinæ carnes nervæ gaudent Idea.	p.231.n.7.
Ulcera peitoris quarè tabem inducant.	p.81.n.12.
Unicus peccans Sapor, quomodò pluresducere possit morbos.	p.83.n.17.
Uretica præsidia in morbis renum.	p.205.n.33.

F I N I S.

